












COMPENDIUM PHYSICÆ,

In quo

Ex fontibus Aristotelis,
aliorumque probatorum Aucto-
rum scriptis præcepta, unâ cum regu-
lis & quæstionibus, in usum Ty-
ronum, nervosè tra-
duntur

à

M. ANDREA PRUCK-
NERO Coburg. Franc. Eccles.
Sumfurt. Archi-Diac. & Gymn.
Prof. P.



Sumptibus

MATTHÆI BIRCKNERI
Bibliop. Jenens. & Helmstädiens.

ARNSTADIÆ


CASPARI FREYSCHMIDII,

Anno Epochæ Christianæ 1662.

Lipsiæ d. 13. Sept. 1874



10



VIR

*Magnifice, nobilissime, con-
sultissime*

DN. TOBIA Delhafen à
Schelnbach/ J. U. Doctor Eximie,
præpotentis Senatus Norici, aliorum-
q; Imper Roman. Statuum quorun-
dam Consiliarie intime, &c. Patro-
ne magne. Cur fœtum hunc amplis-
simo nomini tuo altera vice consecra-
re voluerim, tuum in me meritum
ambas vellicat auriculas. Enim ve-
rò Compendium Logica nobilissimo
Noricorū Senatui jam pridem à me a-
tenuitate dicatum, me rogante, su-
bentissime obtulisti, redditis ad me
literis, brevibus quidem sed insper-
sis undiq; sale suavitatis & amoris
in me tui, muneribusque confertis.
Certè hoc, quicquid & beneficii,

PRÆFATIO.

(magnum autem est) ego perpetuâ
colam & recolam memoriâ Jam be-
neficio beneficium, quaeso, Everget a
honoratissime, superadde, & levi-
derse hoc munusculum, à mea exili-
tate profectum, serenâ fronte iterum
iterumque suspice, nec tam donum,
quàm amoris fluum donantis cor ad-
spice, me verò benevolentia aurâ ul-
teriùs adspira. Vale cum nobilissima
domo quàm diutissimè, id quod à di-
vina clementia devotis contendo
precibus. Dabam Suinfurti è Museo
meo, calend. Septemb. A. C. 1652.

Nobilissimæ Magnificentiaæ Tux,
quamdiu vixero,

Observantissimus cultor

M. ANDREAS Prückner.

COM.



COMPENDII PHYSICÆ,

PROLOGUS

De PHYSICES Definitione &
divisione.

I. PRÆCEPTA.

H φυσική ὅτιν ἐπιστήμη αἰετὶ τὴν τοιαύτην ὄσιν, ἐν ἣ ἡ δόξη τῆς κινήσεως καὶ στάσεως ἐν αὐτῇ. *Physica est sci. n. talis ejusmodi substantia, quæ motus & status principium in se ipsa habet, Arist. 1. 5. Metaph. c. 1. Seu Physica est scientia corporis naturalis, quatenus est naturale.*

§ 1. *Physica nomen suum habet ἀπὸ τῆς φύσεως, à natura cujus est indagatrix. Unde Cicero Physiologiam vocat lib. 1 de Natur. Deor. quasi de Natura sermonem, quod de rebus naturalibus disserat. Dicitur etiā Philosophia naturalis.*

§.2. *Physica* fumitur dupliciter. (1.) *generatim* apud *Stoicos* pro tota *Philosophia theoretica* (2.) *speciatim* apud *Peripateticos* pro *scientia rerum naturalium*. Prior significatio *impropria* est, posterior *propria* & hujus loci.

§.3. In definit *one* genus est *scientia contemplativa*, ut quæ de *Physica*, *Metaphysica*, &c. ceu pluribus specie differentibus in quid prædicari apta est. Differentia defumitur à *subjecto* adæquato quod est *corpus naturale*, quatenus *naturale*, h.e. corpus ex materia & forma compositum, quod motus & quietis principium in se continet. Materiale est *corpus naturale*, formale autem, *quatenus naturale*.

II. *Partes Physica* duæ sunt: una *generalis*, altera *specialis*.

§.1. *Pars generalis* est, quæ agit in comuni de corpore naturali, ejusque, communibus principijs, & communibus affectionibus, absolvitur verò ab *Aristotele* octo libris de *Physica* *Auscultatione*.

§.2.

§. 2. *Pars specialis est, quæ agit de corporis naturalis speciebus, absolvi-
turq; ab eodẽ cæteris libris Physicis;*

II. REGULÆ.

I. *Rerum naturalium (secundum esse universale) datur perfectio (in suo genere) scientia.*

Nam (1.) res naturales sunt quidem variabiles, secundum quod sunt in *determinato supposito*, non tamen secundum *esse universale*, Albert. circ. init. lib. Phys. (2.) Sanè Physicus non potest res naturales omnibus numeris *absoluta* cognitione adsequi, perfecte tamen cognoscit, in genere Physico. Sic quidẽ intelligit materiam & formã, atq; omnia prædicata, quæ in suo cõceptu materiam includunt. *Conimbr. præc. in Phys. Arist. quæst. 2. art. 4. resp. ad 2. obj. col. 24.*

II. *Quicquid verum est in Physica, id nullibi falsum.*

Quandoquidem inter verum & ve-

rum non est pugna. E. G. axioma hoc
 Physicū, *Ex nihilo nihil fit*, de *Phisica ge-*
neratione acceptum, etiā in ipsa Theo-
 logia verum manet Cōlule Artifi disp
 part. 2. tract 1 c. 1 reg 3. p. 16. seqq.

III. QVÆSTIONES.

I. Annon *Physica*, quia excitat vo-
 luntatem nostram ad amorem cause pri-
 me, scientia est practica.

R. Negamus id sequi: *Physica* n vo-
 luntatem nostram ad amorem DE
 excitat, non directe & per se, sed indirec-
 te & quasi per accidens, ostendendo
 pulchritudinem objecti, cujus naturā
 contempla ur quod etiam facit *Me-*
taphysica, de qua dubitari non potest,
 quod sit scientia speculativa, Ruv.
 procem. in lib Phys Arist p. 3.

II. Utrum modus considerendi,
 quatenus naturale, quia æqualis est rei
 consideratæ, corpori naturali, eam ip-
 sam non contrahit?

R. Non necesse est, modum conside-

randi, restringere rem consideratam, ut est re, cum sic æquales sint; Sed ut est considerabilis, Modus n considerandi determinat, quòd in Phisicis tantum consideretur corpus naturale, quatenus est naturale, Zabar. lib. de Natural scient constitut. c. 3

PARTIS GENERALIS.

CAP. I.

De Corpore naturali & natura.

I. PRÆCEPTA.

I. *Corpus naturale est substantia, in qua natura per se inest*, Arist. lib 2. Phys. c. 1 text 4.

§. 1. **N**Otanter additur, *per se* nam & in corpore artificiali inest natura, v.g. in lectica; at non *per se*, sed *per accidens*, quatenus constat ex alio quo corpore naturali, ut ex ligno, D. Sthal in Instit. Phys. libr. 1. Sect. 1. c. 2. theor. 3

§. 2. Id ipsum Arist. 1. 5. Metaphys. c. 1, ita enucleat: τὸ σῶμα φυσικόν ἐ-

σιν ἢ τοιαύτη δόξα, ἐν ἣ ἡ δέχη τῆς κινήσεως καὶ στάσεως. *Corpus naturale est talis substantia, in qua motus & quietis inest principium.*

§. 3. Et si n. aeth. cœlum movetur, & terra quiescit; tamen cœlum in se habet potentiam, ut quiescat, & terra, ut moveatur. Unde consequens est, cœlum principii quietis, & terram principii motus participem esse.

Π ἡ φύσις εἶναι δέχη τις καὶ αἰτία τῶν κινεῖσθαι καὶ ἡρεμεῖν, ἐν ᾧ ὑπάρχει πρῶτως καθ' αὐτὸ, καὶ μὴ κατὰ συμβεβηκός. *Natura est principium quoddam & causa motus & quietis ejus, in quo inest primum per se, & non secundum accidens, Arist. lib 1. Physic c. 1. t. 3 ut materia & forma.*

§ 1. In hac definitione genus est, principium quoddam & causa motus atq; quietis, h. e. principium causale principium quidem natura est, ratione ordinis quia est primum initium in re naturali, ut moveatur, causa verò, ratione effectus sc. & quietis, *Magis. in Physiol. lib 1. c. 1. p. 32.*

§. 2.

§. 2. Differentia absolvitur tribus conditionibus, nempe (1.) *inesse primò*. i.e. ita inesse, ut alteri non prius insit: (2.) *per se*, h.e. ingredi definitionē rei. (3.) *non secundum accidens*, ad excludēda omnia, quæcunq; per accidens motus alicujus causa esse possunt.

N. REGULÆ.

I. *Corpus naturale* in *universali* est (per se) *ortui & interitui expers*. Sic n. semper eodem modo se habet, licet per *accidens* & in *particulari*, ortui & interitui sit obnoxium, ita non nascitur, nec moritur *homo in universali* sed *hic homo* in *individuo*.

II. Οὐδὲν ἢ Φύσις ποιεῖ ἄεργον. *Natura* (per se & quantum ad eius intentionem) *nihil facit frustra*, Arist. l. 4. de part. animal. c. 12. Nam frustra illud fieri dicitur, quod nō habet finē, Scal. Exerc. 61. Sect. 1 *Natura* autem semper agit propter finem; quamvis per *accidens*, propter *materia defectum*, vel

alias ob causas, aliqua præter naturæ intentionem eveniant, cuiusmodi sunt oculi ad videndū inepti, Scheibl. libr. Sent. exerc. 14. axiom 9.

III. *QVÆSTIONES.*

I *Annon corpus mobile est subiectum Physicæ?*

R *Javellus l. b. 1. Metaphys quæst 9. p. 49. ait, mobilitatē accipi dupliciter. (1.) pro substantiali, principio motus, quomodo nihil aliud est quā natura, atq, sic est modus considerandi subiecti Physicæ. (2) pro principio motus accidentario, quomodo est affectio corporis naturalis, atq, sic non est modus considerandi subiecti Physicæ, quia nulla affectio alicujus subiecti potest esse ejus modus considerandi.*

II. *Quomodo natura est principium motus & quietis, cū motus & quies sint contraria.*

R. *Non est inconveniens, ut unum idemq, sit principium contrariorū, sed*

sed non uno eodemq; tempore, verum
tūm quando unum in alterius finem
ordinatur. Ita motus est causa, ut qui-
erem consequantur ea, quæ apta sunt
quiescere. Natura n. est principium
quietis, non violentæ, sed naturalis,
*Magiv. Comment in Physiol. lib. 1.
c. 2. p. 17. seqq.*

CAP. II.

*De communibus corporis naturalis
principiis.*

I. PRÆCEPTA.

*I. Principia corporis naturalis sunt
interna, vel externa.*

§ 1. **P** Principia interna Arist. libr. 1.
Physic. c. 5. t. 42. definit τὰς δὲ
καὶ ἂς μήτε ἐξ ἀλλήλων εἶναι δεῖ, μήτε
ἐξ ἄλλων, καὶ ὅκ τῶν ἀπ' αὐτῶν. Prin-
cipia, quæ nec ex se invicem esse oportet,
nec ex aliis, sed omnia ex ipsis, ut mate-
ria, forma & privatio, quorum duo
priora sunt principia constitutionis,
tertium est immutationis.

§ 2. Tres autē principiorum interno-
rum sunt proprietates: (1.) non esse ex se
invicē, h.e. unum non componi ex alte-
ro. (2.) non fieri ex aliis, i.e. non componi
ex aliis, tanquam ex partibus essentiali-
bus (3.) ex ipsis esse omnia, puta corpora
naturalia.

§. 3. λέγω ὕλην τὸ πρῶτον ὑποκείμε-
νον ἐκάστῳ, ἐξ ὧ γίνεται πένυπαρχονο
τῶ, μὴ κτ' συμβεβηκός, εἰτε φθείρε-
ται τι, εἰς τὸ αὐτὸ ἀφίξε' ἕχρατον. *Matte-
riam (primam) voco primam subiectū
unius cuiusq., è quo in existente sit aliquid
non secundum accidens, & si quid corruptum
ritur, in hoc idem idem resolvitur, Arist. l.
1. Phys. c. 9. t. 82.*

§ 4. Generis locō ponitur subiectū,
quia formæ & generationis tale est.
In differentia dicitur (1.) *primam*, ob
materiam secundam, quæ se aliquid prius
habet, materiam sc. primam. (2.) *u-
niversi cuiusq. rei*, nimirum tam elementor-
um, quàm mixtorum corporū. (3.) *ine-
xistere nō secundum accidens*, propter pri-
vam

uationem, quæ ad rei generationē accidentaliter concurrat Materia a. de rei cui inest, essentia est. (4) in quo ultimo resoluitur, h. e. omnis corruptio necessariò tandem terminatur in materiam primam.

§ 5 Το εὐδὲ ἔστιν ὁ λόγος τῆς ἐκείνης (σώματι) οὐσίας. Forma est ratio essentialis eius scilicet corporis naturalis, Arist. l. 2. de gen. & corr. c. 9. t. 51. h. e. Forma est principium, quod materia consumit, actu largitur essentiam rei naturalis, ut anima hominis, forma lapidis &c.

§. 6. Στέγησις λέγεται, ἂν μὴ ἔχῃ τι τῶν πεφυκότων ἔχειν. Privatio dicitur, si res aliquid non habeat eorum, quæ apta sunt, ut habeantur, Arist. l. 5. Metaph c. 22. t. 27. l. e. Privatio est absentia formæ, in subiecto cum aptitudine materia ad eam recipiendam. E G. Ovum constat ex duobus principis substantialibus, materia scilicet & forma in eodem etiam est privatio, id est, carentia formæ, quæ est propria pulli, ita tamen, ut ovi

materia ad pulli formam recipiendā
habeat aptitudinem. Intelligitur *præ-*
variatio physica, i. e. absentia formæ future,
Perer. l. 5. Physic. 23.

II. *Principia corporis naturalis externa*
sunt, quæ extra essentiam rei naturalis
consistunt, Arist. l. 2. Phys. 3. text. 27.

§ 1. Horum alia sunt *per se*, ad quæ
propriè sequitur effectus, ut *Efficiens &*
Finis; alia *per accidens*, quibus ex acci-
dente effectus aliquis adjungitur, ut
Fortuna & Casus. Arist. lib. 2. Phys. c. 5.

§ 2. *Κίλιον τὸ ποιητικόν εἶναι, ὅθεν ἡ*
δεξιὴ τῆς μέθοδου ἢ πρῶτη ἢ τῆς ἡρεμῆ
σεως. *Causa efficiens est, unde mutatio-*
nis aut quietis primum est principium,
Arist. l. 2. Phys. c. 3 text. 29.

§ 3. Definitor hîc solùm *causa effici-*
ens, quæ *Physica* est causam enim effi-
cientē in sua generalitate definire, est
Metaphysici. Itaque Deus est causa
mutationis, quando creat aliquid,
creatio autem *mutatio* dici nequit.

§ 4. Genus omisum est *principium*
per

per se extrinsecum. Suar disp. 17. Metaphys. sect. 1. In differentia ponitur (1.) vox unde, quâ efficiens à materia distinguitur. de materia n. tanquam de causa interna, propriè non dicitur, quòd sit id, unde mutationis est principium, Suar. ibid. (2.) Primum motus aut quietis principium, quod intelligendum de ordine agendi reali est n. efficiens id, unde est primum principium realiter mutationis, Finis autem omnium primò agit intentionaliter, Tietm. lib 2. de Caus c 14.

§ 5. Caterùm de primario efficiente loquitur Philosophus, nempe de deo vel virtute celesti; non de secundario vel organico, quod ipsa est natura, quæ propriè est tota illa potentia unicuique speciei à sue creatione indita à Deo, ad certos fines & actiones cuilibet speciei cōvenientes, Magir. Comment. Physiol. lib. 1. c. 3 p 52. seqq.

§. 6. Τὸ τέλος, τὸ ἔνεκα. Finis est, cuius gratiâ aliquid fit, Arist. ibid ut

gloria Dei, hominibus salus, & speciatim cuiusque rei naturalis propria funditio. Ita homo ambulat, sanitatis gratia, avis gramina cōporateat, ut nidū construat, &c.

§. 7. Ἡ τύχη ὅτιν αἰτία καὶ συμβέβηκεν πρὸς, ἐν τοῖς καὶ περιαιρέσιν ἐνδεχομένοις γίνεσθαι μὴ ὡς ἀπλῶς, μηδὲ ὡς ὅτι τὸ πολὺ, τῶν ἕνεκα τῶν. *Fortuna est causa per accidens in eis, qua cum electione fiunt, neq; simpliciter, neq; frequenter, finis alicujus gratia, Arist. l. 2 Phys. c. 5. t. 52. ut cum Thymon apud Lucianum, foderet agrum, invenit thesaurum Item si quis in forum abeat, causā emendi quippiam, & pecuniam à suo debitore accipiat, quam se accepturum non speraverat.*

§. 8. Ubi nota (1.) *Fortunam* comparatā ad effectū *intentum*, esse causam *per se*, comparatam verò ad effectum *non intentum*, esse causam *per accidens*. (2.) *Rebus inanimatis*, & quæ ex præelectione nō agunt, non competere *fortunam*, quia propriè non dicuntur *for-*

eiunata vel infortunata, Arist. lib. 2. Phys. c. 6. t. 59.

§. 9. Αυτόματόν εἶναι αἰτία καὶ συμβε-
βαιότως ἐν τοῖς ὅτι περιέχουσιν ἐνδεχομέ-
νοις γίνεσθαι μὴ ὡς ἀπλῶς, μηδὲ ὡς
ἐπὶ τὸ πολὺ, τῶν ἐνεκα τῶν. *Casus est*
causa per accidens in eis, quae sine delibera-
tione fiunt, neq; simpliciter, neq; frequen-
ter, finis alicuius gratia, Arist. d. l. t. 49. &
57. ut si viripes deorsum cadens, sedens
fiat. Itē si poculum de mēsa delapsum,
etiam si vitreum sit, non tamen fran-
gatur. Similiter, si tegula in tecto so-
luta, suaq; gravitatē decidens, cal-
vām praetereūntis pertundat

§. 10. Vocabulum *Casus* accipitur
dupliciter. (1.) Natē, prout comprehē-
dit omnem causam per accidens, cum ei 19
effectus per se aliquid raro cōiungitur, sive
illa causa agat absq; praeelectione, si-
ve cū praeelectione, & ita fortuna etiā
est *casus*, Arist. lib. 2. Phys. c. 6. text. 57.
(2.) Strictē prout significat solam cau-
sam per accidens, cum cuius absque
prae-

*præ electione agentis effectu aliquid raro
conjungitur, atq; sic à fortuna condi-
stinguitur, Stahl. in instit. Phys. l. I.
sect. I. c. 5.*

II. REGULÆ.

I. *Forma (materialis) educitur è poten-
tia materiae. Ut anima bovis è poten-
tia seminis bovini; immaterialis autē
forma, ut anima hominis, secus se ha-
bet.*

II *Privatio est quædam negatio. Nō
pura, sed simul significat aptitudinem
in materia, quæ aptitudo facit, ut ma-
teria priori formæ depositæ, aliam
possit assumere.*

III. QUÆSTIONES.

I. *Quomodo corpus naturale fit ex
privatione, cū illo existente hæc
pereat.*

R *Corpus naturale fit ex materia,
juncta formæ, tanquam ex parte; ex
privatione autem, tanquā ex termino.
Potest enim ex aliquo, tanquam ex-
ter-*

termino, fieri, ita ut pereat, dum res fit: quemadmodum ex *ignorante*, tanquam ex *termino*, fit *sciens*; *ignorans* a. non amplius est, quando fit *sciens*.

II. Cur in *Physica* agitur de *causis per accidens*, cum nulla scientia agat de eo, quod est *per accidens*?

R. *Physica* agit de *causa per accidens* in actu signato, quia ei docendum est, quid sit *causa per accidens*, non in actu exercitio, quoniam sic infinitæ sunt *causæ per accidens*.

CAPUT III.

DE

Communibus corporum naturalium affectionibus, motu, finito, loco, tempore.

I PRÆCEPTA.

I Η κίνησις ἔστι ἐντελέχεια τῶ δυνάμει ὄντος ἢ τοῦτον, *Motus est actus Entis in potentia, quatenus tale, Arist. 1 3 Physic. c 1 t. 9.* Ita movetur ignis, quando ascendit, lapis, cū projectur in al-

tum;

tum, Sol, quando ab Ariete in Taurum progreditur, &c.

§. 1. **M**otus hâc sumitur pro *quavis mutatione*, quâ dissimilitudo aliqua in corpore naturali oritur. Cæterum *motus* non est affectio corporis naturalis, sed *mobilitas* neq, enim ille, sed *hæc* cum corpore naturali per se recipitur.

§. 2 In definitione generis locô ponitur *ἐντελέχεια*, quæ hîc est *actus* *imperfectus*, Arist. 1 3 Phys. c. 2 t. 15. est enim *progressio de potentia in actû*. Motus igitur *actus* est, h. e. rem & subiectum, cui inest, è potestate in actum educit, actuq, esse facit. In differentia est (1.) vox *ἐντε* participialiter sumti, quod idê est ac *existens*, quia, ut aliquid moveatur, necesse est, ut existat. (2.) *In potētia*, quia, ut aliquid moveri possit, oportet id esse in potentia ad terminum, qui per motum acquiri debet: E. G. aqua potest calefieri, qui motus est, quia. habet *potentiâ* ad calorem
reci.

recipiendum (3) Quatenus tale, h. e., quatenus potentiam habet motum recipiendi, Arist. 1. 3. Phys. c. 1. t. 9. In summa, *Motus est tendentia inter terminum à quo, & terminum ad quem.*

II. Species motus populariter recensentur sex Generatio, Corruptio, Augmentatio, Diminutio, Alteratio, Latio.

S. 1. Dico populariter: proprie n. saltem quatuor sunt, Generatio & corruptio inter species motus recensentur, quia sine motu esse non possunt.

S. 2. Ἡ γένεσις ἐστὶ μὴ ὄν εἰς ὄν καὶ τοι ὅτι μὴ ὄν. Generatio est mutatio à non esse ad esse Arist. 1. 3. Phys. c. 1. t. 4. ut cum ex fimo equi fiunt crabrones, qui antea non erant. Per esse autem & non esse intelligitur esse & non esse substantiale, Zabar. lib. 1. de Mater. prim. c. 2.

S. 3. Ἡ φθορά ἐστὶ τὸ μὴ ὄν καὶ τοι ἐξ ὄν. Corruptio est mutatio ab esse ad non esse. Arist. 1. 3. Phys. c. 1. text. 4. ut cum

ver.

vermis resolvitur in caseum, tùm enim vermis esse desinit.

§ 4. Ἡ αὐξησις ἐστὶ τὸ ἐνυπάρχον τῷ μεγέθους ὀπίδοσις. *Argumentatio est incrementi magnitudinis additamentum, Arist. l. 1. de gener. & corrupt. c. 5. t. 3. id est, Accretio est mutatio minoris quantitatis in maiorem, ut, ad terminum a natura præfinitum; v. c. quando puer crescit.*

§ 6. Ἀλλοίωσις ὅστις, ὅταν ὑποκείμενον τὸ ὑποκειμένον αἰσθῇ ὅτι, μὴ ἐάλλῃ ἐν τοῖς αὐτοῖς πάθεσιν, ἢ ἐναντίοις ὅστις, ἢ μετεξέ. *Alteratio est, quando eodem sensibili subiecto manente, mutatio fit in eius passionibus aut contrariis, aut mediis existentibus, Arist. lib. 1. de Gener. & corrupt. c. 4. text. 23. hoc est, alia qualitas acquiritur vel abjicitur, ut cùm aqua, abjecto frigore, recipit calorem, cùm ex molli corpore fit durum, &c.*

§ 7. Φορὰ ὅστις, ὅταν καὶ τόπον ἢ ἡ μεταβολὴ τῆς ἐναντίσεως *Latitudo est, quando secundum locum fit mutatio contrarietas, Arist. lib. 1. de Gen. & corr. c. 4.*

text.

text. 24. ita cælum movetur in circulo, ignis ascendit, &c.

§. 8. *Μοτι* opponitur *ἡρεμία*. *Quies* Arist. lib. 5. Phys. c. 6. text. 53. *ἡρεμεῖν λέγομεν, τὸ πεφυκὸς κινεῖσθαι μὴ κινῆσθαι, ὅτε πέφυκε, καὶ ὅ, καὶ ὡς* *Quiescere* dicimus id, quod natura aptum est moveri, & non movetur, quando natura aptum, & nobis & quod patet, Arist. 1. 6. Phys. c. 3. t. 30. 1. e. *quies est privatio motus in subiecto, ad eum recipiendum idoneo* Sic lapis quiescit in terra, vel in superiori aeris parte, illic naturaliter, hinc violenter.

III. *Τὸ πεπερασμένον ὅτιν ὃ ὅτι τὸ τέλος καὶ πέρας* *Finitum est*, cuius est aliquis finis & terminus, Arist. lib. 3. Phys. c. 6. text. 64.

§. 1. Hoc est, cuius partes si accipias, tandem venis ad aliquem terminum, ut: homo, lapis, cælum, &c.

§. 2. *Ἄπειρον* opponitur *ἄπειρον*, infinitum. *Ἄπειρον τὸτ ὅτιν ὃ καὶ τὸ πᾶσιν λαμβάνειν, αἰεὶ λαβεῖν ἔξω ὅτιν.* *Infinitum est id, cuius quantitatem ὅτιν*

accipiat, semper aliquid extra sumere poterit, Arist. id. l. c. 63. Sensus est, si in infinitum pars aliqua ejusdem quantitatis accipiat, nunquam tamen ad finem perveniri. Ita magnitudo in infinitum dividi, & numero in infinitum additio fieri potest.

IV. ὁ τόπος τοῦ σώματος, τὸ τὸ ἐξέχον. Πέρας ἀκίνητον πρῶτον. Locus est extremum corporis continentis immobile primum, Arist. lib. 4. Phys. c. 4. text. 42.

§ 1. Non ipse locus, sed localitas propriè est affectio corporis naturalis: neq, enim locus, sed localitas reciprocatur cum corpore naturali.

§. 2 In definitione genus est extremum, i. e. superficies est enim extremum cujusvis corporis superficies. Differentiæ loci ponitur (1.) corpus continens, (cujus superficies locus est:) non n. cujuslibet corporis superficies locus est, sed corporis continentis, ut superficies cœcava vasis respectu vini. (2.) Immobile, non quidem simpliciter, sed secundum quid,

quid, quia non movetur ad motum, quo tu moveris (3) Primò h. e. immediate: nam superficies corporis continentis immediate tangens locatum esse debet.

§. 3. Loco opponitur τὸ κενόν, vacuum. Τὸ κενόν τόπον ἀνάγκη εἶναι, ὅτιν ε στερημένον σώμα (4). Vacuum locum necesse est esse, si sit, privatum corpore, Arist. lib. 4. Phys. c. 7. text. 60. i. e. Vacuum est locus non repletus corpore, sed aptus repleri, Ruy in Phys. tr. de Vac. q. 1. n. 9. ut, si quis dolium nullo omnino repletum corpore sibi imaginaretur.

§. 4. Vacuum hîc non accipitur improprie pro inani, quale extra mundum imaginamur; sed proprie, pro privatione corporis repleti cum respectu ad id replendum.

§. 5. Vacuum dicitur locus, quoad loci materiale, quia est superficies, apta nata aliquod corpus continere, non verò quoad loci formale, quia actu nihil continet, cum tamen verus locus

aliquod corpus contineat, *Stabl.* in
Instit. Phys. libr. 1. Sect. 2. cap. 6. ad
theor. 1.

V. Ὁ χρόνος ἐστὶν ἀειδαμὸς κινήσεως
 καὶ τὸ πρότερον καὶ ὕστερον. *Tempus est*
numerus motus secundum prius & posterius,
Arist. libr. 4. Phys. c. 11. text. 101.

§ 1 *Tempus* hīc non sumitur latè
 pro *duratione*, sed *strictè*, pro *externa*
corporis naturalis affectione, contra locum
distincta.

§ 2. Dicitur autem (1) *numerus*
 non *numerus numerans*, sed *numerus*
numeratus. (2) *Motus*, per quem A-
 ristoteles *spectatim* intelligit *motum*
cæli, *generatim omnem mutationem*,
 (3.) *Secundum prius & posterius*, h. e.
præteritum & futurum, quæ partes
Temporis sunt, ipsum verò *Tempus*
 est *intervallum inter duos illos terminos*.
 Ita momentum illud, quò *litteras*
scribere cœpisti, & momentum il-
 lud, quò *illas absolvisti*, *scriptionem-*
q. mediam cogita, & *tempus* habet.

II. REGULÆ.

I. *Omnis motus fit successivè.* Quia semper mora aliqua ad motum requiritur: ut non in momento Jenâ Lipsiam progredieris.

II. *Omne Ens (Physicè) finitum est (actu vel potentiâ) in loco & tempore (proprie dicto.)* Actû, v.g. tu qui hæc legis, *potentiâ*, ut cælum extimum, quippe quod actu à superficie alterius corporis non ambitur, Arist. l. 1. 4. Phys. c. 3. t. 46. Spiritus verò creatus & Metaphysicè finitus, *proprie*, nec in loco est, nec in tempore.

III. QUÆSTIONES.

I. *Quomodo.* Quies est privatio motus, cum tamen sit ejus perfectio?

R. Quies est privatio, ut est terminus à quo; perfectio verò, ut est terminus ad quem. Ut quies aquæ inesse frigiditas est terminus ad quē & perfectio frigefactionis, terminus à quo & privatio calefacti-

tionis, *Sibal.* in Institut. Phys. lib. 1.
Sect. 2 c. 3.

II. *Utrum tempus est æternum?*

R Ita quidem *Socinus* in Prælect.
c. 8. p. 25 censet, sed falsò nam tem-
pus est cum successione eternitas abs-
que successione. D *Keiler.* in Exam.
Phys Photin. sect. 1 princ. 8. p. 104.
§ 114.

PARTIS SPECIALIS

CAPUT I.

DE

Mundo & Cælo.

I PRÆCEPTA.

Κόσμος ὅστις σῆμα ἐξ ἐρανῶ καὶ γῆς
καὶ τῶν ἐν τῷ τοῖς ἀέρι χομῶν φύσι-
ων κόσμος est compages è cælo terraq; co-
agmentata, atq; ex his naturis, quæ intra eam
continentur, *Aristot.* l. de Mun. c. 2.

§ 1. *Mundus ille magnus per se in
physicis non consideratur, quia est
Ens per aggregationem. consideratur
igitur per accidens.*

§. 2. *Μανὰι μοι τὰ πάντα sunt omnia corpora naturalia, tum simplicia, ut cælum & Elementa, tum mixta siue imperfectè, siue perfectè, Arist. lib 1 de Cael. c 9. text. 93. Forma autem est ordo ille mirabilis, quo omnia corpora naturalia sapientissimè inter se connexa sunt ac distincta, sicut forma exercitijs est ordo. Mercenar. lib. 1. Dilucidat.*

¶ II. Ὁ ἄφανός ἐστι τῶματι ἀπὸ λαῶν, ἐγκύκλιον, ἀφανός, ὁ φύσιν κινεῖ) κύκλῳ αἰεὶ ὁμαλῶς. Cælum est corpus simplex, sphericum, pellucidum, & in orbem mobile. Arist. l 2 de cæl. c. 3 t 17. & c 6 t 36.

§. 1. Cælum hic sumitur pro universa regione ætherea, oppositâ Elementari, & aliàs æther appellatur ἀπὸ τῆς αἰετῆς ἰσότητος, à perpetuo cursu, Aristotele interprete.

§. 2 Dicitur (1.) Corpus simplex, quia non est mixtum: quo ipso cū Elementis convenit. (2.) Sphericum, quia est corpus capacissimum, cui debetur figura rotunda (3.) Pellucidum, quia

ipse visus in cœlo lucem contempla-
tur (4.) *in orbem mobile*, siquidem mo-
tus circularis cœlo est naturalis, si-
cut rectus elementis & elementatis.
Cœli partes sunt *stellæ*.

III. *Stella est corpus simplex, globo-
sum, lucidum, in orbem mobile in cœlo.*

§. 1. *Stella* derivatur vel $\delta\alpha\tau\omicron\ \tau\omicron\varsigma\ \sigma\epsilon\lambda\lambda\omicron\iota\nu$, quòd radios suos emittat, vel à
scintillando. Græcè vocatur $\alpha\sigma\eta\epsilon$, $\delta\alpha\tau\omicron\ \tau\omicron\varsigma\ \alpha\sigma\epsilon\gamma\alpha\pi\iota\varsigma$, à *fulgore*.

§. 2. Et autem *Corpus* (1) *globosum*,
ut patet de *Luna* (2.) *Lucidum*, quia lu-
men obtinet, & probè condensatum
est. (3) *In orbem mobile in cœlo*: Sole-
nim movetur in circulum, *stellas* et-
iam fixas cernimus circum rotari.

IV. *Stellæ sunt vel fixæ, vel erraticæ.*

§. 1. *Stellæ fixæ* sunt, quæ in cœli
parte superiori tardissime moventur,
eandemq, inter se perpetuò servant
distantiam. Harum notabiliores nu-
merantur 1027.

§. 2. Dicuntur *fixæ*, non quòd in cœ-
lo

lo omnino immobiles consistant, sed quod tardissimo motu semper eandem inter se distantiam obtineant.

§. 3. *Stella erraticæ* sunt, quæ in inferioribus cœli partibus moventur, diversumq; situm cum à se invicem, tum à stellis fixis obtinent.

§. 4. Nuncupantur aliàs *Planeta* ἀπὸ τοῦ πλανᾶσθαι, ab *errando*, [non quod huc illucve vagò incertoq; motu errent, omnes enim obtinent suum certum cursum, sed respectu stellarum fixarum, & quod diversam inter se habeant distantiam.

§. 5. *Planetae* sunt septem: *Saturnus*, *Jupiter*, *Mars*, *Sol*, *Venus*, *Mercurius*, *Luna*, ex quibus *Solis* & *Lunæ* accidit *Eclipsis*.

V *Eclipsis* est prohibitio luminis in Sole & Luna, quò minus ad oculum nostrum venire possit.

§. 1. *Eclipsis Solis* est averfio radiorum solarium ob interpositionē Lunarum corporis inter solem & nostrum visum.

§. 2. *Eclipsis Lunæ* est privatio luminis solaris in Luna ob interpositionem terræ, inter Solem & Lunam è diametro oppositæ.

§. 3. *Utriusq;* diversa hæc ratio est, quòd in illa Sol nō obscuretur, nisi respectu nostrum, quatenus interposita Luna prohibet, quò minùs lux Solis tota ad visum nostrum pertingat, in hac a. Luna reversa obscuretur, quatenus lumen solis à terra prohibetur, quò minùs Lunæ communicetur.

II. REGULÆ.

I. *Mundus cæpi* (supernaturaliter) fieri. Cum per suam Omnipotentiam Deus eum eduxit ad esse à non esse, *Physicè* autem & per motum quandam fieri non cæpit.

II *(corpora cælestia* (virtualiter) *influent in hæc inferiora.* Suo enim congressu terræ vel ubertatem vel sterilitatem causant, licèt *substantialiter* ab hisce inferioribus maximè distent.

III.

III. QUÆSTIONES.

I. An *mundus sit animatus*? Affirmativam Stoici tenuerunt verum enimverò, R. *Animatus est mundus, non secundum se totum, non enim nutritur, crescit aut simile sibi generat; sed secundum aliquas sui partes, quæ a homo, brutum & planta, quæ partes mundi sunt, animata sunt, Stahl. in Inst. Phys. par. propr. sect. 1. c. 1.*

II. *Estne homo Sole præstantior?*

R. Ita videtur Socino libr. de Stat. prim. hom. c. 2 p. 84. quod quidem verum est, si attendatur *essendi gradus*; falsum, si de *corporeitate* sermo sit. Sol enim nullis mutationibus obnoxius est, multis autem homo post lapsum, D. Kesler. in Exam. Phys. Photin, lect. 1. princ. 2. p. 27.

& 35.

CAPUT. II.

DE

Elementis.

I PRÆCEPTA.

Tὸ στοιχεῖον τῶν σωμάτων ὅτιν, εἰς ὃ
 τὰ ἄλλα σώματα διαίρεται, ἐν-
 πάρχον δυνάμει ἢ ἐνεργείᾳ αὐτὸ δ' ὅτιν αὖ-
 διαίρετον εἰς ἑτέρα τῷ εἶδει. *Elementum*
corporū ē id, in quod cetera corpora resolu-
vuntur, in quibus inest potentia aut aēti, et
ipsam verò ēst indiv. sibile in diversa secun-
dum speciem, Arist 1 3 de cœl. c. 3. t. 31.

§. 1. *Elementa dicuntur quasi alimen-*
ta, quoniam corpora mixta ex illis a-
luntur, soventur & conservantur.
Gracè vocātur στοιχεῖα, ἀπὸ τοῦ στοιχεῖν,
quod est comte ordinare. Intelliguntur
verò Elementa non artis, sed nature,
unde nuncupantur στοιχεῖα τῶν σωμά-
των, elementa corporum.

§ 2. *In definitione locō generis de-*
bet subintelligi corpus simplex, quō ipso
Elem enim cum cœlo convenit. Diffe-
ren-

rentia tribus absolvitur conditionibus,
 (1.) in elementa resoluta cetera corpora:
 quia n. ex elementis corpora mixta
 componuntur, & illa in his insunt; cer-
 tē hac in illa poterunt resolvi. (2.) In i-
 psis inesse actū vel potentiā, q. d. si non a-
 ctu tamē potentiā. Quia verō id tūm
 temporis adhuc dubium erat, ipse A-
 rist. lib. 5 Metaphys. c. 3. verba illa po-
 tentiā aut actū, in eadem definitione
 omisit (3.) Ipsa esse indivisibilia in diver-
 sa secundum speciem, h. e. in alia corpora se
 priora & specie diversa dividi non posse,
 quanquam in materiam & formam di-
 vidi possunt. Et talia sunt: Ignis, Aer,
 Aqua, Terra, quorum duo priora sunt
 levia, duo posteriora autem gravia.

II. Τὸ πῦρ ἐστὶ στοιχεῖον ἡγεμὸν καὶ ἔν-
 ρον. Ignis est elementum, ca. dum & sic-
 cum, Arist. 1. 2 de Gen. & corrupt. c.
 3 text 16.

§. 1. Sermo hic propriē est de igne ele-
 mentari, quem Lunæ globo proximē
 subjectum, & à cælorum motu in or-
 bem

bem celerrimè rapi, statuit *Arist.* l. 4. de cœl. c. 4 quia levissimo elemēto debetur locus suprem⁹ in regione elementari, qui est infra Sphæram Lunæ.

§ 2. *Ignis est calidus in summo gradu*, quia ignita meteora in supremo aere à sphaera ignis inflammantur, remissa autem siccus.

III. Ο Αἰρ ὁ ἑστὸς καὶ ὀρεῖον θερμὸν καὶ ὑγρόν. *Aer est elementum candum & humidum*, *Arist.* l. 2. de Gener. & corrupt. c. 3. text. 16.

§. 1. *Aer licet naturā suā calidus sit, est tamen talis temporatè tantum; humidus verò est excellenter*. tenuis enim cum sit, & per cuncta rerum loca permeabilis, difficillimè suis terminis continetur, quanquam per accidens exsiccat.

§ 2. *Arist.* l. 1. Meteor. c. 3. aerem distinguit in tres regiones, *Supremam, mediam & infimam*.

§. 3. *Suprema est, quæ incipit à superficie ignis, & extēdit se usq, ad medium*

um aerem, ubi vapores condensantur, estq, ultrâ, quàm ejus natura postulat, calida, ob ignis vicinitatem, & cœli motum.

§ 4. *Media* est, quæ inter supremam & infimam interiacet, ac æstivo tempore minor est, quam hyeme, estque respectivè frigida, propter defectum reflexorum radiorum solarium, qui ad illam non pertingunt, & propter vapores, qui cum eo perveniunt, sublatis jam impedimentis ultrò sese ad nativum frigus revocant, aeremque refrigerant.

§. 5. *Infima* est quæ sumit initium à superficie terræ, & eò protenditur, quousque radii Solis reflectuntur, estque pro vario solis accessu & recessu modò calida, modò frigida.

IV. Τὸ ὑδὼρ τῆς στοιχείου ψυχρὸν καὶ ὑγρὸν. *Aqua est elementum frigidum & humidum*, Arist. 1.2, de Gener. & corrupt. c. 3. text. 16.

§. 1. *Aqua est summè frigida & remissa*

se humida E si enim magis humectare
videtur, quàm aer, id tamen est per
accidens, ob materiam crassum.

§ 2 Neq, hinc sequitur, aquam per
petuò esse congelatam. Frigus enim non
est simpliciter causa congelationis v.
g. acerum est naturæ frigida, oleum, na
turæ calidæ hoc congelatur sæpe, illud
non, *Macrobius lib. 4. Saturnal. c. 12* Nec
aqua pura capax est congelationis,
sed quatenus exhalationibus terre
stribus est referta, *Albertus lib. 4. Me
taphys. tract. 2. c. 5.*

V. ἡ γῆ δὲ τοιχείον ψυχρόν καὶ ἄρ
ερόν. Terra est elementum frigidum & sic
cum. *Arist. l. 2. de Gener. & Corrupt.*
c. 3. text. 16.

§. 1. Terra non est summè frigida, cō
trà autem siccitas in summo gradu ipsi
competit, quia nullum est elementū,
quod ita facilè suis terminis cohibe
atur, alienis verò ita difficulter, quàm
terra, ea verò est siccit. definitio.

§. 2. Siccat quidem ignis magis,
quam

quàm terra, non tamen *sua siccitate*, sed potius *calore*, dum scil. exhaurit omnem humiditatem, eandemq. absorbit. Terra autem *per se*, & quatenus est sicca, deficcatur, omnem nimirum affusum humorem combibens & absorbens, Magist. Comment. in Physiol. lib. 3. c. 5. p. 227.

II. REGULÆ.

I. *Elementa* (de se) *sunt pura*. Utpote de se simplicia mixtionisq. expertia, prout autem *existunt in rerum natura*, sunt impura, & aliquo modo mixta, propter conjunctionē, nimirum quatenus aliquid contagionis ab aliis habent. Ita videmus aquis admixtam esse terram. aer ob vapores, quos admixtos habet, crassus redditur, &c.

II. *Figura Elementorum* (Physicè & quoad sensum) *est rotunda*. Quia interjacent inter corpora rotunda, Mathematicè verò non sunt rotunda, quoniam facile se accommodant ad corpora
non

non rotunda, quorum figuram assumunt. Ita experimur, aquam in vase rotundo rotundam, in quadrato quadratam habere figuram.

III. QVÆSTIONES.

I. A quonam elementa moventur sursum vel deorsum?

R. Non moventur à principio generante, ut vult *Thomas* in *Summ part. 1. quæst. 2 art. 3* sed à principio eterno, ut censet *Scotus* in *2 Sent. dist. 2. quæst. 19.* nam generans elementum ablu non movet, & sic est causa non est. *Sibal.* in *insti. Phys par spec. lect. 2 c. 4.*

II. Annon ignis est elementum grave quod in *Candela* descendat?

R. Hoc fit per accidens quia enim ignis non conservatur absq, pabulo, id ipsum quærit ad sui conservationem, interim tamen quomodocumq, deorsum feratur ab alimento, semper tamen vides eum per se ascendere.

CAPUT III

DE

*Primis, secundis, & tertius clemen-
torum qualitatibus.*

I. PRÆCEPTA.

Qualitates primæ sunt, quæ per se pri-
mò insunt corporibus sublunaribus,
suntq; radices cæterarum qualitatum ma-
terialium, Mendoz. Disp 6. de Ele-
ment Sect. 3. §. 18

§. I Dicuntur (1) *primæ*, quia sunt
primæ causæ ejusq; transmutatio-
nis sensibilis. (2) *Inesse* corporibus sub-
lunaribus tum per se, h. e. non ex a-
dente, tum primò, id est non per alias se-
priores. (3) *Esse radices cæterarum qua-
litatum materialium*, ut quæ ex primis
illis oriuntur

§. 2. Sunt autem quatuor qualita-
tes primæ, calor, frigus, humiditas, siccitas,
Arist lib 2. de Gener. & Cor-
rupt c. 2 text. 8. adæquatè enim qua-
tuor sunt principia corporum tangibi-
lium.

II Θερεμὸν ἐστὶ, τὸ συγκεῖναι τὰ ὁμογενῆ. *Calidum est, quod congregat ea, quæ sunt ejusdem generis, Arist 1. 2. de Gener. & Corrupt. c. 2. text 8.*

§. 1. *Calidum* sic consideratur respective, quatenus est principium mistorum & rectè definitur per congregationum homogenearum, ut quæ sic principalis actio calidi est; *Calidi* enim absolute considerati, quatenus *Calidum* est, principalis operatio est *calificare*, posterior, *congregare homogenea*.

§. 2. Per *homogenea* intelliguntur ea, quæ sunt ejusdem naturæ, quæq; apta sunt simul uniri, ut *alimenta* in coctione, *humidum* & *siccum* in generatione mixti, &c. Ita calor ignis scorias ab auro separat.

§ 3 *Calor* ex sua natura in corpore animalis segregat heterogenea, quatenus verò instrumentum animæ est, eadem congregat, v g diversas sanguinis partes Sanguinis enim, è venis emissis, terrestres partes segregat ab aquosis,
quia

quia tunc proprię naturę relinquitur,
nec amplius animę instrumentum est.

III. Ψυχρόν ὅτι, τὸ συνάγον καὶ συ-
κεῖον ὁμοίως τότε συγμένει, καὶ τὰ μὴ ὁ-
μόφυλα. *Frigidū est, quod ex aquo cogit
& congregat, tam quæ ejusdem sunt gene-
ris, quàm quæ diversi, Arist. ibid.*

§. 1. *Heterogenea nuncupantur, quæ
sunt diversę naturę, quæq, apta non
sunt simul uniri, v g partes terrestres
& æquosæ, cera, lapilli, paleæ, quæ in
cera frigefacta conscrescunt.*

§. 2. *Frigus quidem tempore hyber-
nō ex oculis lachrymas exprimit, sed
per accidens, & præter intentionem fri-
gidi agentis nam per se competit fri-
gido constringere & condensare va-
rias materias.*

IV. Ὕγρὸν ὅτι τὸ ἀόριστον ὁικείῳ ἄρῳ,
& ὁρίσῳ ὄν. *Humidum est, quod non
continetur terminō propriō, facile verò a-
lienō. Arist. l. c. t. 9.*

§. 1. *Per terminū intelligitur superfi-
cies corporis extrema. Humida ergò sua
pla-*

planitie agrè se continent, quia dis-
fluunt. Ita *vinum* in p. culo facile
continetur, in mensam effusum dit-
luit. Eadem est ratio in *eluvione flu-
viorum*, è propriis alveis egressorum.

§ 2. *Humidi proprietates* igne quidem,
qui *siccus* est, aliquò modò etiam com-
petit, non tamen *per se*, quatenus est
siccus, sed *per accidens*. Fit enim pro-
pter partium tenuitatem, ut facile
terminari alieno termino videatur:
non propter *siccitatem*, cùm non *omni
siccò* id competat. Quo fit, ut non
perfectè ei conveniat, sicuti perfectè
competit *humido*.

V. Ζηρόν ἴσιν ἐν ὁρίσῳ μὴ οἰκίῳ ὁ-
ρῶ, δυσὅριον δέ. *Siccum* est, quod fa-
cile terminò continetur, difficulter verò a-
lienò, Arist. ibid.

§. 1. Ut si in vas aliquod injician-
tur lapides, non figurantur ad figu-
ram vasis, sed propriis terminis ter-
minati manent.

§. 2. *Sicci* hæc proprietates cineri ac
pul-

pulveris, corporibus tamen si cta, non videtur convenire: sed hæc non sunt corpora ita fluxibilia, sicut corpora humida, quoniam non locum adimplent, neq, ita continente figurantur, ut aer & aqua, aliaque humida, sed propriam habent & retinent figuram, quando coacervantur. Quapropter non sunt unum corpus continuum, sed congeries particularum terræ minutissimarum, & proinde mirum, non est, si videantur facilius terminari à continente, quàm siccam aliquod continuum, quod sit verè unum corpus, Magir. Comment. in Physiol. lib 3 c 6 p. 246.

VI. Qualitates secunda sunt, quæ immediate ex primis qualitatibus oriuntur.

§. 1. Dicuntur secunda, quia supponunt primas, Mendoz. Disp. 6. de Element. sect. 3. § 18. p. 642. Vocantur aliàs qualitates tactiles, quòd tactu potissimum observari possint.

§. 2. Vulgò numerantur quatuor.
de.

decim, quarum hæc est differentia, quòd aliquæ oriuntur à calore, ut raritas & levitas, aliquæ à frigore, ut densitas & gravitas; aliquæ ab humiditate, ut mollesces, subtilitas, lubricitas, lentor, lenitas, aliquæ à siccitate, ut durities, crassities, ariditas, friabilitas, asperitas.

VII. Qualitates tertie sunt potentie naturales abscondite, quibus res naturales aliquid agunt vel patiuntur, cujus causa vera exprimitur vel secundis qualitatibus non facile reddi potest.

§. 1. Nuncupantur etiam qualitates occulte, quòd ratio illarum actionum nos lateat.

§. 2. Scaliger exer. 344. se & 8. eas dividit in *συμπθεσαι*, qualis est inter magnetem & ferrum, inter ficum & brassicam &c. & *αντιπθεσαι*, qualis est inter felem & murem, inter leonem & canem galli, &c.

II. REGULÆ.

1. Omnes Elementorum qualitates pri-
ma

me sunt (quantum ad actionem univocam) *activa*. Calor enim generat calorem, frigus producit frigus, humidum humectat, siccum exsiccat, quæ actiones univocæ sunt, rectè tamen Arist. I. 4. Meteor. c. 1. eas dividit in *activas* & *passivas* quantum ad actionem equivocam, quia concurrunt ad mixti generationem, in qua calor & frigus determinant atq; elaborant, hinc *activæ*, humidum autem & siccum determinantur atq; elaborantur, unde *passivæ* qualitates dicuntur.

II. *Qualitates primæ sunt Elementorum differentia*, Arist. 2. de gen & corr c. 4. t. 24. Non *primæ*, cum recipiant magis & minus, quod differentis primis repugnat. Sed *secundæ*, quippe per quas mutuò elementa differunt, & quibus ablatis hæc ipsa auferuntur.

III. QUÆSTIONES.

I. Annon lux æthereæ, quia corpora sublunaria calefacit, etiā *primæ* est qualitas?

tas? R. Non est, quia non agit cum contrarietate, id quod primis qualitatibus competit; nulla enim datur qualitas, quæ luci sit contraria, sed ipsi tantum opponuntur tenebra privative.

II. Quomodo nos scire possumus, esse tertias qualitates, cum sint occulta?

R. Qualitates illæ sunt cognita, quoad quæstionem an sint Occulta verò, quoad quæstionem, quid sint; quid enim sint illæ, ignotum est, Eas autem esse, firmiter colligimus ex operationibus, quæ ad nullam qualitatem manifestam reduci possunt Stahl. in Instit. Phys. part. propriâ, sect. 2. c. 7.

CAPUT IV.

DE

Mixtione, Temperamento, ceu Mixtionis effectu, Corpore mixto in genere, & simplicis Generatione, ex Elementorum crasi ortâ, cum opposita Putrefactione.

Etione.

LPRÆ

I. PRÆCEPTA.

I. **Η** μίξις ἐστὶ τῶν μίξιων ἀλλοιωθέντων ἔνωσις. *Mixtio est miscibilium alteratorum unio*, Arist. l. i. de gen. & corr c 13. textu 90.

§. 1. *Mixtio* hîc non sumitur improprie, pro quacunque, quarumcunque, rerum accumulatione, ut si tritico hordeum appono, aut aquâ vinû diluo, sed proprie, pro miscibilium unione.

§. 2 In hac definitione genus est *unio*. unio, inquam *naturarum*, ita ut ex pluribus naturis una oriatur. *Zabar*, lib. de Mist. c. 1 *Differentia est miscibilium* (h e quæ nata sunt inter se agere vicissim & pati, ceu elementa) *alteratio*, quâ voce denotatur, miscibilia non penitus interire.

II. Temperamentum est complexio qualitatum primarum, ex mutua actione refractarum.

§ 1. Dicitur (i.) *temperamentum*, quia ex qualitatib⁹ primis debite ad

naturam mixti temperatam est. (2.) complexio qualitatum ~~primarum~~ est n. ens per accidens, ex qualitatibus illis aggregatum. (3.) Ex mixtis actione refractarum: nam qualitates in se invicem agunt, atq; ita refringuntur, non autem integræ manent, secus in eodem subjecto esse non possent.

§. 2. *Temperamentum* est varium: in eo n. vel omnes qualitates aquâ graduum proportionem cœcunt, vel una tantum qualitas vincit, vel due qualitates excedunt reliquas, ut in temperamento sanguineo calor & humiditas, in Cholericis calor & siccitas, in Phlegmaticis frigus & humiditas, in Melancholicis frigus & siccitas prædominantur.

III, *Corpus mixtum* est, quod ex elementis componitur.

§. 1. Estq; mixtum vel imperfectè, vel perfectè.

§. 2. *Corpus imperfectè mixtum* est, quod ex inconstante & infirma elementorum concretionem generatur, & pro-

propterea durabile non est, ut *Meteor.*

§. 3. Corpus perfectè mixtum est, quod solida & constante Elementorum concretionem constat, & propterea diutius durat, ut *Metalla, Lapides, Media mineralia, Plantae, Animalia*

IV. Ἡ ἀπλὴ γένεσις ὅτι μὴ ἐκ τῶν στοιχείων, ἀλλ' ἐκ τῆς συνθέσεως, ὅταν ἐκ τῆς συνθέσεως ἕλθῃ φύσις. *hæc simplex generatio est mixta, et a virtutibus activis, cum habuerint rationem ex subiecta materia simplicis, naturalis*, Arist. I 4 Meteor. c. 1.

§. 1. Generatio hic non sumitur generaliter, pro quavis mutatione, sed non esse adesse, sed specialiter pro generatione mixta ex Elementis.

§. 2. Differt à generatione, in quod illa generetur nova substantia, ut cum ex non planta generatur planta, hac verò minùs, ut cum in planta frigus oritur.

§. 3. In definitione per virtutes acti-

vas intelliguntur qualitates activæ; calidum & frigidum, siue calidum frigidum temperatum, Per subiectam materiam autem qualitates passivæ, humidum & siccum. Ut verò illæ in has agendo certum mixtum producant, necesse est, ipsas habere rationem, hoc est, eam proportionem ad qualitates passivas, qualis requiritur ad naturam cuiusq; mixti.

V. Ἡ οὐσία ἐστὶ φθορὰ τῆς ἐν ἐκάστῳ ἀρχῇ οὐκείας καὶ καὶ φύσιν θερμότητος, αὐτῇ δ' ἐστὶν ἡ τὸ περιέχον. Putrefactio est corruptio proprii, & nativi caloris, in unoquoque humido existens, ab extraneo calore causata; hæc autem est, quam ambiente existit, Arist. ibid.

§. 2. Dicitur (1.) corruptio, quia mutatio quædã est à perfectio ad imperfectum (2.) Caloris proprii & nativi, per quem intelligitur οὐκείας mixti calor. (3.) In unoquoque humido scil. corpore, i. e. habente aliquam humiditatem. (4.) Ab alieno calore ambiente, h. e. quicumque adventitius calor sit. §. 2.

§.2. Res, quæ putrescunt, sunt in duplici differentia, aliæ sunt solida, ut caro pomum, excrementa, quæ totaliter putrescere possunt, potest enim ex illis omnis humiditas educi, ut sola sicca terra maneat: aliæ sunt fluida, ut vinum & alii liquores, qui non ita putrescent, ut sola terrare maneat, neq, enim omnis humiditas educi potest.

II. REGULÆ.

I. Elementa sunt in mixto. Non secundum suas formas, sed secundum suas virtutes refractas & attemperatas, ut tamen materia Elementorum maneat, corruptis formis dum n. fit mixtio, Elementa dividuntur in parvas particulas, & conjunguntur inter se, postmodum mutuò in se invicem agunt, qualitatesq, suas refringunt.

II. Ἡ τῶδε γένεσις ἀλλὰ ὅτι φθορά.
Unius (compositi naturalis) generatio (concomitativè) est alterius corruptio, Arist. l. 1. de gen. & corr. c. 3. t. 17. i. e.

secum fere alterius corruptionem, nam generatio non est corruptio formaliter.

III. QVAESTIONES.

I. Quomodo *Mixtio* & *mixti generatio* differunt?

R. Differunt non realiter, quia utraq; est productio unius substantiae mixtae ex pluribus elementis; sed ratione, quoniam ita sunt unum, ut diversos exprimant respectus.

II. Quo pacto calor internus à calore extraneo corrumpatur, cum tamen hic in illum non agat? R. Non tantum contrarium agit in contrarium, illud destruendo, sed etiam simile in simile, illud ad se attrahendo. Cum ergo calor externus calorem internum ex suo subiecto educit, suo modo eum corrumpit.

CAP. V.

DE

Meteor definitione, & divisione.

I. PRÆCEPTA.

1. Me-

I. Meteorum est corpus imperfectè mixtum, ex halitibus à terra & aqua, calore solis stellarumq; virtute excitatis, in aëre genitum.

§. 6. Meteoron deducitur à μετεω & ἀνω, tollo, seu elevo, quia quàm plurima meteora in sublimi fiunt, factà denominatione à ποσειδ Latinè appellatur *impressus*, quia impressione corporum cœlestium celeriter producitur.

§. 2. Dicitur corpus imperfectè mixtum, propter subitam & generationem & dissolutionem: nam mixtio elementorum in his corporibus minùs absoluta esse videtur, quàm perfecti corporis compositio.

§. 3. Materia est halitus, ex partibus terræ vel aquæ extenuaritis resolutisq; genitus. Is si halitus terræ calidus & siccus sit, καπνὸς fumus; si halitus calidus & humidus sit, ex humore aqueo procedens, ἀτμός, vapor dicitur. Arist. l. 1. de Meteor. c. 4.

§. 4. Causa efficiens sunt Sol & Stelle,

quæ suâ vi & influxu materiam ab elementis evocant, & insublime tollunt.

§. 5. *Subiectum seu locus*, in quo generantur Meteora, est aer nam quæ in terræ cavernis gignuntur ut *terra motus*, suo modo etiâ in aere gignuntur.

II. *Meteorum est tale* vel κατ' ὑπόθεσιν, vel κατ' ἐμφασιν. Arist. I. I. de Meteor. c. 5.

§. 1. Meteorum κατ' ὑπόθεσιν est, quod revera existit, uti apparet.

§. 2. Estq; triplex. I. *Ignitum*, quod ex fumo accenso & ardente genitum est, & instar ignis exardescit, Græcis dicitur πῦρ καὶ καύμα, à facili intensione, Arist. I Meteor. c. 4.

§. 3. Gignitur verò in aeris regione vel *suprema*, ut *Cometa, fulmen*, (cujus accidentia sunt *tonitruum, & fulgur*) *fax, jaculum, scintilla volantes, zapra saltantes, irabs* vel *Media*, ut *stella cadens, & lancea ardens*. vel *infimâ*, ut *Draco volans, ignis fatuus, ignis lambens*.

§. 4. II. *Aqueum*, quod ex vapore pro-

producitur. Idq, in aeris regione vel mediâ, ut nubes, pluvia, nix, grando, vel infimâ; ut ros, pruina, nebula, glacies; vel in terra concavitatibus, ut fons, flumen, mare.

§. 5. III. *Aerum*, quod ex vapore & fumo simul fit, ut *ventus*, & *terramotus*.

§ 6. Meteorum καὶ ἐμφασις est, quod faciem, quâ apparet, non obtinet realem, ut *Hiatus*, *Halo*, *Iris*, *Virga*, *Parelius*, *Paraselene*, & *via lactea* juxta Arist. l. 1. de Meteor. c. 8.

TITULUS I.

DE

Meteoris ignis.

ARTICULUS I.

DE

Meteoris ignis in summo aere generatus, ut *Cometa*, *Fulmine*, *Face*, *Faculo*, *Scintillis volantibus*, *Capris saltantibus*, *Trabe*.

I. **C**ometa est impressio, ex fumis calidioribus, pinguioribus, viscosioribus & multis admodum in suprema aeris regione accensis, crinitum speciem præ se ferens.

§. 1. Κομήτης nomen habet ἀπὸ τῆς κομῆς, à coma, cum suus ille lumine comas veluti ostendat.

§. 2. Materia sunt fumus calidiores, pinguioribus, probè compacti & multis admodum. Halitus hic est (1.) *calidus*, ad ignem quippe cōficiendum idoneus (2.) *Pinguis*, ut incendium perseverare possit, (3.) *Viscosus*, ut sic flamma cohæreat, (4.) *multus admodum*, quò multorum dierum incendio sufficiat.

§. 3. Subiectum est suprema aeris regio, id quod testatur ipsius motus ab Oriente in occasum, quò unà cum aere volvitur.

§. 4. Forma est ipsa flamma ardentis halitus, quæ procul sparsa efficit comæ speciem, & quoniā dissimiliter spargitur, varias præ se fert figuras; hinc Cometa alius *crinitus*, alius *barbatus*, alius *caudatus* est.

II. Fulmen est exhalatio ignita, è nube magnò impetu excussa, Conimbr. de Meteor. tract. 2. c. 5.

§. 1. Fulminis materia est exhalatio ignita, eaq. multa ac tenuis, Arist. l. 3. Meteor. c. 1. Forma verò excussio è nube, magnò impetu facta.

§. 2. Juxta Senecam Fulmen triplex est (1) cerebraus, quod angustissima etiam penetrat, (2.) Discutiens, quod iclu rumpit. (3) Urens, quod leviter amburit.

III. Tonitru est sonitus, proveniens ex collisione exhalationis nubi inclusa cum lateribus nubis, vel ex nubis effractione, Arist. lib de Mund. c. 4.

§ 1. Tonitru à tonando dicitur, & Meteor. species propria non est, sed potius Fulminis adjunctum eandem tamen cum fulmine habet materiam.

§. 2. Tum a. fit Tonitru, quando exhalatio vel ad latera nubis declinat, & tunc sonus oritur tumultuosus; vel nubem effringit, & tunc fortior auditur sonus.

IV.

IV. Fulgur est flamma micatio, ex exhalationibus accensis & è nube erumpentibus exorta, Arist. l. 2. Meteor c. 9.

§. 1. Alterum *futminis* adjunctum est *fulgur* à *fulgendo* sic dictum, eandemq; cum *futmine* habet materiam; differt verò ab ipso, quòd exhalatio *fulguris* rarior est, & sparsim, at *futminis* exhalatio compactior est, & unò istù tota incenditur.

§. 2. Ceterùm cùm cælum tonat, *Tonitru* prius est fulgure; *Fulgur* tamen prius conspicitur, quàm *Tonitru* auditur, quia visus est celerior, quàm auditus.

V. Fax est fumus continuus, rarus & tenuis, in longum & latum aequè distensus, qui superiore parte accensus, instar facis inflammata ardet, Arist. lib. 1. Meteor. c. 4.

§. 1. Meteorum hoc metaphoricè dicitur Græcis *λύχνος*, Latinis *candela*, cujus faciem repræsentat, quoniam superiore tantùm parte ardet.

§. 2.

§. 2. Fit autem, cum multa exhalatio in longum & latum æquè distensa, ita subtilis, ut tota simul inflammari possit, igni correpta subito inardescit, *Contimbr. tract. 2. de Meteor. c. 1.*

IV. Jaculum est fumus mediocriter longus, crassioribus partibus æqualiter cum subtilioribus commixtus cōstans, qui in summo aere accensus, sursumq; evolans, vel ardentis descendentisq; formam refert

§. 1. Græcè nuncupatur ἀκοντία, quod jaculi modò vibretur. Virgilius l. 5. *Æneid.* vocat volantem in nubibus arundinem.

§. 2. Sursum autem evolat partim quia attrahitur à calore ὑπεκκλωμάτω, partim quia suâ naturâ ignis rursus tendit.

VII. Scintille volantes sunt fumi, in multas minutasque partes sparsi, quorum singulis instar stipularum inflammantur.

§. 1. Meteorum hoc dicitur ab Arist. l. 1. *Meteor. c. 4.* αἱ φλόγες αἱ καί-
όμε-

ὀμυαί, *flamma accensa*, aliàs *stipulae ardentes*, à *figura*, quoniam refert, figurā stipularum succensarum.

§. 2. Plerumq, tūc fit, quando in longum æquè & latum exhalatio succensibilis extenditur, atq, inflammata, non secus, ac in agro ardentes stipulae, apparet, Arist. ibid.

II X. Caprae salientes sunt summi disjuncti, in longum magis quàm in latum porrecti, ac neutiquam interrupti, qui accensi motu & scintillatione in morem caprarum saltare videntur, Arist. l. i. Meteor. c. 4.

§. 1. Græci vocant αἶγες capras, quòd concretiones hæ propter excursions in morem caprarum diffiliant.

§. 2. Similitudo caprae in eo est quod appendices emicantes, villorum ac barbulæ caprae in morē à reliqua materia pendeant, partes verò subtiliores formam pedum repræsentent.

IX. Trabis est fumus longus & ætius concretus, qui æquabiliter accensus, trabis repræsentat speciem, Arist. l. i. Meteor. c. 4.

§. 1.

§ 1. Appellatur *δαλός*, trabs, quando instar *trabium* exhalatio fuerit lata, & in longum porrecta.

§ 2. *Albertus* vocat ignem *perpendicularem*, quia in aëre pendens *perpendiculi* refert figuram

§ 3. *Generatur* quando exhalatio constat ex partibus crassioribus, quibus terram versus subsidentibus & dilatatis, id verè, quod leve est, elevatur.

ARTICULUS II.

DE

Meteoris ignitis, in medio aere generatis, ut Stella cadente & lancea ardente.

I. *S* *Tella cadens* est *fumus mediocriter compactus & globatus*, qui *supernè accensus, à nube deorsum repetitur*, & ita *stellæ è cælo decidentis imaginem exhibet*.

§ 1. *Arist I I Meteor. c. 4. vocat αἰέρος πύρον*, quoniam veluti *profiliunt stellæ*.

§ 2. *Non a. vera sunt stellæ, ut quæ*

quæ nec de sede sua, nec de firmamento exeunt, & temerè discurrunt, sed ita nominantur, quod *stellis sine per suasles*. Nam halitus ille diutius sub stella aliqua subsistens, ubi est incensus ejusdem stellæ corpus esse videtur.

II. Lancea ardens est fumus oblongus, bene compactus, qui accensus è medio aere in mare vel terram instar titionis destruitur.

§ 1. Dicitur etiam *Lampas à forma*, quam repræsentat, item *Turris & Titio*.

§. 2. Fit ex materia longa magis quàm lata, & in principio non nihil acuminata, quæ accesa *lanceam ardentem* refert.

ARTICULUS III.

DE

Meteoris ignitis, in quo aère genitus, ut Dracone volante, igne fatuo, & igne lambente.

I. **D** *Raco volans est fumus crassior, nec valdè coagulatus, & compressus, qui*

qui in sublime euectus & accensus, impulsu frigida nubes curvatur & flectitur, ejusque partes media ventrem, dua autem extremæ caput caudamque Draconis referunt.

§ 1. Appellatur *Draco volans*, quod alio ex loco in alium transferri, & quasi volare videatur.

§. 2. Generatur autem ex fumo mediocriter calido sursum evecto fortiterque coagulato, intercepto inter duas nubes contrarias, frigidam & calidam, quarum illa fumum ut contrarium expellit, unde venter Draconis oritur: hæc autem admittit eum, & propter subtilitatem colli figuram exhibet, unde scintillas aut flammæ quasi ore expuit: *Ultima* autem pars propter frigidam nubem, quasi cauda apparet constricta, Frigoris enim proprium est constringere.

II. igni fatuus est fumus crassior & tenacior, in imo aere per ætheris nocturni frigoris accensus, qui vento agitur decliviora loca petit.

§. I.

§. 3. Græci vocant *παλιδεμον*, ob instabilem agitationem. Quando in navi binus apparet, (*Castor & Pollux*, si unus à nautis esse censetur *Helena*. Frequenter conspicitur in cæmeteriis & carnificiniis, ex quibus solet pinguis materia elevari.

§. 2. Et quanquam naturalibus ex causis ignis hic sit accensus, dubium tamen non est, *Diabolum* abuti ipso ad viatores in errorem perducendos, qui cum ad lumen illud, propositum itinere relicto, cursum suum dirigunt, viæ aberrant, & vel in fossas, vel in amnes &c. præcipitantur.

III. Ignis lambens est fumus rarus, subtilis & pinguis, qui accensus & per aërem dispersus, aliquando hominum vestimentis, eorumq; & equorum capillis sine ulla læsione inhaerescit.

§. 1. Ignis hic dicitur lambens: quod eam rem, quam tangit, non ledat, sed quasi lambat, propter tenuitatem inflammatae exhalationis: non secus ac Spiritus vini

vini accensus, non amburit, ob raritatem materię.

§. 2. Fıas quidem prodigiosus est, materiam autem & causam efficientem, habet naturalem, puta raram subtilemque, exhalationem, & calorem, ut de Tullio Livius Dec 1. & de Ascanio Virgilius l. 2. *Æneid.* commemorant.

TITULUS II.

DE

Meteoris Aqueis.

ARTICULUS I.

DE

Meteoris aqueis, in media aeris regione genitis, ut Nube, Pluvia, Nive, Grandine.

I. **N**ubes est vapor humidus & crassus, à Sole ad medium aerem elevatus, qui frigore illius loci confrietus & quasi congelatus pendet. Arist. l. 1. Meteor. cap 9

§. 1. Dicitur nubes ab obnubendo, h. e.

ab

ab operiendo cælum, quia vaporem
densitas nubem facit,

§.2. *Materia est vapor humidus & crassus* Causa efficiens, quæ vapores excitat, *Calor Solis est*: Frigus n. eos condensat. *Forma nubis est*, quòd instar *Spongie* tota sit cavernosa & mobilis in aere pendens, *Finis* autem pluvia.

II. *Pluvia est fluxus nubis fecunda*, in destillantes aqua guttas à calore Solis resolutæ, quæ suo pondere depresso, in terram decidunt, Arist. l. i. Meteor. c. 9.

§.1. *Pluvia dicitur quasi fluvia*, Auctore Isidoro, quòd fluat guttatim, Græcè est ὁ ὕετος, ab ὕειν, pluere.

§.2. *Materia est nubes facta ex vaporibus*, ad medium aerem erectis: Causa efficiens est calor Solis, qui nubem cōcretā liquefaciendo dissolvit. *Forma*, quòd nubes resoluta in alto in terrā defluat; *Finis* verò fecunditas terræ.

III. *Nix est nubes friabilis densitate congelata*, & antequam planè in aquam solvatur, inter descendendū à frigore tenuiter

congelatur, instar lane carminata. Arist. l. I. Meteor. c. 11, & in lib. de Mund. c. 4.

§. 1. *Nivis materia est nubes friabili densitate conglaciata: Causa efficiens verò excellens frigiditas, quæ nubis partem post partem condensat.*

§. 2. *Forma interna complectitur modum generationis. Quando enim nubes constat calidioris vapore incipit resolvi in pluvias, tum superveniente novo frigore constringitur in planas partes, sicq. per aërem spargitur. Forma externa est, quòd nix instar floccorum aut lane carminata devolat per aërem & in terram divertit.*

IV. *Grando est nubes in aquam conversa & in descensu frigore conglaciata, Arist. l. I. Meteor. c. 11.*

§. 1. *Grando secundum Isidorum dicitur à granorum similitudine, Græcis est χάλαξα.*

§. 2. *Ejus materia est nubes, in aqua conversa, Causa efficiens verò frigus*

gus regionis mediæ, forma denique
specie globorum congelatus humor,

ARTICULUS II.

DE

Meteoris aqueis, in infima aëris re-
gione generatis, ut Rore, Pruna, Ne-
bula, Glacie.

I. **R**os est vapor subtilis & tenuis, non
ita procul à terra sublevatus, qui no-
ctis temperata frigore densatus, & in aqua
guttas tenuissimas resolutus, in terram spar-
sim decidit, Arist. l. 1. Meteor. c. 10.

§. 1. Ros, ut Isidoro placet, dicitur
quali *rarus*, quod non adeò densis &
plenis guttis descendat. pertenui e-
nim constat aspersione, quæ vix ma-
nu percipitur. Græci vocant τὴν δρό-
σον à δρόω, *fugio*.

§. 2. *Materia* est vapor valdè subtilis:
Locus est infima aëris regio, quia nō pro-
cul à terra sublevatur: *Causa efficiēs* est
frigus nocturnum temperatum, quod de-
scit illum vaporem in aqueum liquo-

rem

rem. *Forma est tenuissimarum guttarum aspersio.*

II. *Pruina est vapor tenuis, à terra in proximum aerem à sole euectus, & à frigore in salis quasi formam constrictus, Arist. l. 1. Meteor. c. 10.*

§. 1. *Pruina dicta est quasi per urinam, quòd urat arbores & flores. Græcis πᾶχυν, à verbo πᾶννυμι, figo.*

§. 2. *Pruina & Ros conveniunt materia efficiente, & loco, differunt autem (1) formâ, quia vapor pruinæ congelatur & instar salis constringitur, non item vapor roris (2) Qualitate, ros enim temperatè est calidus, pruina autem frigida.*

II. *Nebula est vapor densus in infimo aere, circa Solis ortum vel occasum excitatus, frigoreq; paulatim condensatus, & per aerem proximum sparsus, eundem obscurat, Arist. l. 1. Meteor. c. 9.*

§. 1. *Nebula dicitur quasi nubila, quòd cælum obnubat & operiat, Græcis est*

D

ὀμίχλη

ομίχλη, ὡς τὸ ὅμῃ ἔχειν ἥλῃσιν, si
mul habere convolutionem.

§. 2. Nebula materia est vapor densus
quidem, sed tamen non nihil rarior:
Locus est infima aëris regio. Tempus est
ortus vel occasus Solis. Efficiens est frigus,
à quo vapor sic paulatim con-
densatur. Forma est sparsio per aë-
rem, illiusque obscuratio

§. 3. Nebula opponitur αἰθερία, Ser-
enitas. Αἰθερία ἔστιν αἰὴρ ἀνέφελος καὶ
ἀνόμιχλος. Serenitas est aër, nubi-
bus nebulasque vacuus Arist. l. de Mund. c. 4.

IV. Κρύσταλλος ἔστιν ὁ πεπηγώς ἐξ ὕ-
δατος. Glacies est quæ ex aqua est con-
creta, Arist. l. 4 Meteor. c. 9.

§. 1. Κρύσταλλος dicitur ὑπὸ τῷ κρύ-
ου συσπρόμυον ὕδαρ, aqua quæ frigore in
glaciem concrevit. Unde Conimbrici-
enses tract. 7. de Meteor. c. 8. aquam
vi frigoris congelatam definiunt.

§. 2. Glaciei materia est aqua, unâ cum
admixto quodâ terreo, quod conge-
lationem magnoperè juvat. Efficiens
est

est frigus intensum per expressionem
partium tenuiorum & compressio-
nem reliquarum.

ARTICULUS III.

DE

Meteoris aqueis in terra concavi-
tatibus genitis, ut Fonte, Flumi-
ne, Mari.

I. **F**ons est aqua, ex cavernis terre e-
bulliens, orta vel ex mari, vel ex re-
solutione vaporum aqueorum intra ter-
ram, Scheibl, in Compend. Philos. l.
4. c. 17. n. 10.

§. 1. Locus sunt caverne terre, è qui-
bus fons ebullit. Materia sunt mare,
Eccles. 1. v. 7. Syrac. 40. v. 10. vel va-
pores aquei in terra, ex quibus genera-
tur, Arist. l. 1. de Meteor. c. 3.

§. 2. Dico mare, vel vapores intra ter-
ram. Nam fontes aliqui ex vaporib9
aqueis intra terram, aliqui è subterra-
neis aquis è mari oriundis, derivan-
tur, Conimbr, tract. 9. de Meteor. c. 3.

II. *Flumen est fluxus aquarum, ex plurium fontium concursu, in certo terræ loco congregatarum,*

§ 1. *Flumen dicitur à fluendo, quod fluat & non consistat, Græcis est ὁ ποταμός ὡς ἐκ τοῦ ποτῶς, h. e. πόσις, quod potabilem aquam habeat.*

§. 2. *Materia est aqua efficiens particulare, concursus plurium fontium, locus verò certus terræ alveus.*

III. *Mare est aquarum salinarum maxima multitudine congregatarum, receptaculum, perpetuò æstu fluens ac refluxus intra alveum suum.*

§ 1. *Arist. lib. 2. Meteor. c. 1. 2. 3. in Meteoris recenset Mare, quod & salsum sit & imperfectè mixtum, ob crebras mutationes ex fluminum influxu & effluxu.*

§. 2. *Materia sunt aquæ, partim ab initio Mundi conditæ, Gen. 1. v. 10 partim de fluminib9 collectæ, Eccl. 1. v. 7. Forma est aquarum congregatio, perpetuâ æstus alteratione, & fluctuum agitatione terram*

ram pulsans, intra præfinitos tamen terminos sese continens

TITULUS III.

DE

Meteoris aeris, *Vento & Terræ*
mōtū.

I. **V**entus est multitudo exhalationis calidæ & siccæ, Solis virtute confestim à terrâ in sublime iug, ad mediam aeris regionem elata, quæ occurrente frigore protrusa & lateraliter mota, dissiliens impetu per aerem ruit. Arist. l. 2. Meteor. c. 4.

§. 1. Ventus nomen habet à veniendo, quòd veniat aliunde, & magnâ vi irruat in unum aliquem locum. Græcè nuncupatur ὁ ἀνέμῳ, quasi ἀνέμῳ, & interjectio ν, ἀνέμῳ ab ἀν si ve ἀνμῖ spiro.

§. 2. Venti materia est exhalatio, per se tum calida, quia levis, tum sicca, quia exsiccatur; Per accidens humida & frigida; propter loca, à quibus spirat, ideoque alii venti pluvias, alii siccitatē efficiunt.

Causa efficiens remota est virtus Solis, *proxima* verò *frigus mediae regionis*, deorsum detrudens halitum hanc, ob levitatem suam ascendentem. *Forma* est motus lateralis in cursu obliquo.

11. *Venti sunt vel regulares, vel irregulares.*

§ 1. *Regulares* sunt, qui ex certa & definita mundi regione spirant.

§. 2. *Irregulares* sunt, qui non ex certa & definita mundi plaga spirant.

§. 3. *Venti regulares vel indefiniti* sunt, vel *stati*.

§. 4. *Venti indefiniti* sunt, qui non certo ac statuto tempore spirant. Horum sunt quatuor, qui appellantur *cardinales*, *Subsolannus*, *Favonius*, *Auster*, *Aquilo* *Collateralium* n. qui *cardinalibus* interjecti, & quidem singulis bini, *Arist.* 1. 2. *Meteor.* c. 6. saltem 12. *Nautæ* verò 32 numerant.

§. 5. *Απ' ἀνατολῆς*, *Subsolannus* est ventus, qui spirat ab ortu æquinoctiali, estq, ratione *loci* moderatè calid⁹ & fic⁹
cus,

cus plerumq, serenitatem afferens, omniumq, saluberrimus Arist. ibid.

§. 6. Ζέφυρος, Favonius est ventus, qui spirat ab Occasu æquinoctiali, estq, ratione loci frigus & humidus, ideoq, pluvias educit.

§ 7 Νότος, Auster est ventus, qui spirat à meridie, estq, ratione loci calidus & humidus, ac propterea minus saluber.

§. 8 Ἀπὸρρυτίας, Aquilo est ventus, qui spirat à Septentrione, estq, ratione loci frigus & siccus, ideoq, excitat grandines, nives, fulmina.

III. Ventis statim sunt, qui certis temporibus spirant, ut E. e. s. & Chelidonia.

§. 1. Etesiae sunt venti Aquilonares, qui circa caniculæ ortū 40. dies perflant, & intensissimum Sirii ardorem suavissimò suo flatu mirificè mitigant ac leniunt Arist. l. 2. Meteor. c. 5.

§. 2. Chelidonia sunt venti Septentrionales, qui verno tēpore circa hirundinum adventum 9. dieb9 spirant, Arist. ibid.

IV. *Venti irregulares sunt, qui à certa Mundi plaga non spirant, ut: Procella, Turbo, Prester.*

§. 1. *Procella* est copiosa & crassa exhalatio, nubi inclusa, quæ ipsa disrumpens, summa vi ad terram fertur sine inflammatione, Arist. l. 3. Meteor. cap. 1. Græcis dicitur ἐκνεφίας, quia scil. oritur ἐκ τῶν νεφῶν, ex nubibus.

§. 2. *Turbo* est tenuior & subtilior exhalatio, quæ per angustum nubis foramen erumpens, & in gyrum rotata, obvia quæq; corripit, sursum attollit, & inflar rotæ versat, Arist. ibid. Unde Græcè appellatur τυφῶν, à verbo τυφῶναι, propterea, quòd omnia, in quæ incidit, vehementer verberet & concutiat.

§. 3. *Prester* est ventus à tenui & arida exhalatione factus, ita ut in gyrum circumvoluto, facile ea, quæ tangit, arida incēdere valeat, Arist. l. c. Græcis dicitur πρηνὴς ἀπὸ τοῦ πρηνέειν, incendere. Differt à fulmine, quòd fulmē habeat plus flammæ, minus flatuum, *prester contra.*

V. Terra motus est concussio partium terra, ab exhalatione calida & sicca, intra terra cavitates prater naturam conclusâ, viz. maxima exitum quarente, facta cum fragore & tremore stupendo, Arist. l. 2. de Meteor c. 8.

§. 1. Græcè Terra motus est, ὁ σφ-
σμός, διὰ τὴν σείειν, quod Latinis est, cō-
cutere. Etq, materialiter verum Mete-
orū, quia ab exhalatione tali, ex qua
vera producantur Meteora, produci-
tur, Formaliter verò est accidens terre.

§. 2. Forma est concussio cavernosa-
rum partiū terræ. materia verò exha-
latio calida & sicca, intra terræ caver-
nas contenta, vique maxima exitum
quarens: Effectus deniq, est sonus, à
fragore proveniens.

TITULUS IV.]

DE

Meteoris apparentibus, Hiato, Ha-
lone, Iride, Virgu, Parelio, Paraselle-
ne, Galaxia,

D 5

I. Hia.

I. **H** iatus est phasma, speciem exhibens aperientis se & dehiscientis cœli, Arist. l. 1 Meteor. c. 5.

§. 1. *Hiatus* dicitur ab *hiando* i. e. *dehiscendo* item *vorago*, quòd quasi os aperiat ad aliquid devorandū. Græcè cuncupatur tum χάσμα, à χαίνειν, *biare*, tum βόθρον, à βάθρον, *profunditas*, quia est recessus instar speluncæ.

§. 2. *Hiatus* differt à *fovea* secundum magis & minus. si enim cavitas ampla fuerit, χάσμα, si exigua, βόθρον dicitur.

§. 3. Genus est *Phasma*, h. e. *Meteorum* apparens, forma autem, quòd speciem exhibeat aperientis se & dehiscientis cœli.

II. *Halo* est circulus, Solem, Lunam, aliamve Majorem stellam ambiens, ex radiorum in nubibus refractione effectus, Arist. l. 3 Meteor. c. 2.

§. 1. *Halo* græcis ἡ ἅλως, i. e. *area* nominatur, quoniam *area* rotunda, scilicet frugibus apud veteres destinata, figuratur.

similitudinē habet. Ilinius vocat *coronā*, quòd sidera cingere & coronare videatur: Seneca *Circulū*, quia rotundā plerumq, constat figura vulg9 verò, *Sonnen-Hof* vel *Mons-Hof*.

§ 2. *Causa efficiens* est Sol, Luna, vel alia quādam *illustris stella*, nubem fulgore suo illustrans. *Materia* sive *subiectum* est *nubes*, (1.) *rara*, (2.) *aquabilis*, (3.) *in cēle sub astro constituta*. *Forma* verò *refractio in nube ad angulos aequales*, ideoq, *forma* est *rotunda*.

III *Iris* est *arcus tricolor*, in nube *rorida*, *opaca* & *concava*, ex *radicorum Solis oppositi reflexione* apparens, Arist I. Meteor. c 3.

§. 1. *Iris* derivatur ab *εἶργω*, dicere, quod *iudicium sit pluviae*. figuram habet *semicirculi*, unde *arcus* nuncupatur.

§. 2. *Iridis colores* sunt tres (1.) *punicens*, (2.) *viridis*, (3.) *purpurens*. *Materia* sive *subiectum* est *nubes rorida*, *opaca*, *concava*, & *Solis è regione opposita*. *Causa efficiens* est *Sol* vel *Luna*, nam etiam

Luna arcum efficit, quanquam album tantum.

IV. *Virgæ sunt lineæ rectæ, quas Solis radii, directè in nubem aquosam, dissimiliter tamen raram, incidentes & refracti efficiunt, Arist. lib. de Mund. c. 4.*

§. 1. Nuncupantur (1.) *ραδιόει* quoniam sunt quasi *serule* exportectæ à superiore parte nubis ad inferiorem (2) *Lineæ rectæ*, quod rectæ à Sole descendere videantur (3) vulgò, die Sonne zeucht Wasser.

§. 2. *Causa efficiens sunt radii Solares, qui directè in nubem incidentes & refracti virgas efficiunt; materia verò est nubes aquosa, dissimiliter tamè rara*

V. *Parelsus est imago Solis, a latere ejus, in nube densa, plana, quiescente, & aquosa, per radiorum Solis refractionem expressa, Arist. lib. 3. Meteor. c. 6.*

§. 1. *Παρήλιος* dicitur à *παρὰ* & *ἥλιος*, q. d. *apud Solem*, quoniam splendore, & figura est Soli similis, unde *imago Solis* appellatur, quæ à latere ejus stare videtur.

§. 2.

§. 2. *Materia* sive *subiectum* est *nubes* (1.) *densa*, (2.) *plana*, (3.) *quiescens*, (4.) *aquosa*. *Causa efficiens* sunt *radii Solis*, in *nube* illa *refracti*.

VI. *Paraselene* est *imago Lune*, ex *refractione* *radiorum Lunarium* in *nube* *levi & humida* *representata*, *Arist.* l. 3. *Meteor.* c. ultim.

§. 1. *Παρασελήνη* derivatur à τῇ Σελήνῃ & σελήνῃ q. d. *apud lunam*, est enim *imago Lune* *Plinius* vocat *nocturnos Soles*.

§. 2. *Causa efficiens* sunt *radii Lune*: *materia* verò sive *subiectum* est *nubes levis & humida*.

VII. *Galaxia* est *calida & sicca exhalatio* sub *cælo* *congregata*, *lactei candoris*, ex *crebrarum & minutissimarum stellarum radiis* in *ipsam* *incidentibus & refractis dispersisq;* *apparens*, *tempore sereno*, *Arist.* l. 1. *Meteor.* c. 8.

§. 1. *Galaxia* dicitur ἀπὸ τοῦ γάλακτος, à *lacte*, quòd si *instar lactis effusi*: *Vulgus* *viam ad S. Jacobum* in *Galatia* vocat, *die Jacobs-Strasse*.

§. 2. *Materia est exhalatio calida, & sicca, sub cœlo congregata, (Causa efficiens sunt radii stellarum crebrarum & minutissimarum in exhalationem illam incidentes. Tempus, quô apparet, est nox serena.*

§ 3 *Quamquam Neteorici censent, in octava sphaera hunc circulum inhærare, & lumen quarundam stellarum minutissimarum esse.*

II. REGULÆ.

I. *Fum9 & vapor sunt halitus frigidi & calidi Frigidi, propter materiam, quâ dominatur in fimo terra, in vapore aqua, Calidi, verò, propter causam efficientem, putà virtutem Solis & reliquorum siderum non n. potest ex aqua vapor, & ex terra fumus extolli, nisi elementa hæc sint calefacta & attenuata.*

II. *Ignis & aer exhalari nequeunt. Non ignis, quia ejus partes sunt subtilissimæ, non aer, quia ipsius subtilitas rarior est omni vapore.*

III.

III. QVÆSTIONES.

I. Siccine Cometa, quia diu durat, non est corpus imperfectè mixtum?

R. Cometa per se diu non durat, sed per accidens, ob exhalationem ad ipsum accessionem, quæ incendium fovet, Magir. Comment. in Physiol. l. 4. c. 3 p 311.

II. Quomodo terra motus est Meteororum, cum non in aëre, sed in terra visceribus generetur?

R. Illud ex hoc non sequitur: nam etiam ille aer, qui est circa superficiem terre internam, cum infima aeris regione ab auctoribus conjungitur. Magir. l. 4. physiol. c. 10. p 391. in Comment.

CAPUT VI.

DE

Metallis.

I. PRÆCEPTA.

I. **M**etallum est corpus perfectè mixtum inanimatum, ex sulphure & argento vivo mixtis ac temperatis, in terra venis natum.

S. i.

§. 1. *Metallum* dicitur à μετελλᾶν in-
 quirere, quoniā multo labore in ter-
 ræ venis inquiritur: Licet *Plinius* l. 33.
Hist. natur. c. 6. dici velit à μετῆ, *suxta*,
 & ἄλλο, *aliud*, quia inventā unā Me-
 talli venā, inveniatur & altera.

§. 2. In definitione genus est *corpus*
 tūm perfectè *mixtum*, ad differentiam
Meteororum tum inanimatū ad diffe-
 rentiā *Plantæ & animalis*. In differentia
 ponitur (1.) *materia*, quæ est sulphur
 & argentum vivum. (2.) *Causa efficiens*,
 voce hâc *mixtis ac temperatis*, indica-
 ta, puta *calor & frigus*: calor quidem,
 quatenus versat & attenuat materiā;
frigus autem, quatenus materiam at-
 tennatam & coctam condensat (3.)
Subiectum sive *locus*, ubi Metalla ge-
 nerantur, qui sūnt *vena seu viscera ter-
 ræ*, *Arist.* l. 3. *Meteor.* c. 7.

§. 3. *Sulphur* est materia metallaris,
 ex subtiliori exhalatione pingvi & un-
 ctuosâ, venis terræ inclusâ, constans.

§. 4. *Argentum vivum* est materia me-
 tal-

tallaris, constans ex vapore subtiliore aqueo, qui cum terra conglutinetur, & per calorem sulphuris decoquitur. Dicitur (1) *vivum*, per *Metaphoram*, quoniam perpetuo movetur. (2) *Mercurius*, quia ut Mercurius versatilis est, sic hoc mobile.

II. *Metalla sunt vel pura vel impura.*

§. 1. *Pura sunt, quæ ex puriore sulphure & Mercurio, exquisitè decoctis, constant, ut Aurum & Argentum.*

§. 2. *Impura sunt, quæ ex impuriore sulphure & Mercurio constant, ut Plumbum, Stannum, Æs (Cuprum à Cypro, inventionis locò, Plin. lib. 34. Hist. natur. c. 2. aliàs dictum) Ferrum.*

II. REGULÆ.

I *Metallum crescit.* Non quidem beneficio animæ, quâ caret, sed per appositionem particularū extrinsecus adherentium, nō sec⁹ ac calculus in vesicæ incrustatione sordium allatarum coagmetatur. *Metallum igni liquefit.* Id quidē

facilius, quod minùs de terrena con-
cretionè, *difficilius*, autem id, quod
plus de ea obtinet.

III. QVAESTIONES.

I. Cur sulphur & argentum vivum
statuuntur materia metallorum, cum ta-
men materia Metallorum fit halitus bu-
midus & glutinosus, Arist. l. 3. Meteor.
c. 7. Halitus ille est materia Metallo-
rum remota, proxima verò sulphur &
argentum vivum, quæ ex prædicto ha-
litu concresecunt, Magir. Comment.
in Physiol. l. 5. c. 1 p. 399. & 404.

II. Annon metalla, quia morbos &
sensus patiuntur, vivunt?

R. Ita quidem Cardanus l. 5. de Sub-
til. p. 150. colligit, sed malè: Morbi e-
nim & sensum metaphoricè tribuntur
metallis, quando scilicet vires sensum
multis seculis depo-
nunt.

CAPUT. IIV.

DE
Lapidibus.

I. PRÆCEPTA.

I. **L**apides sunt corpora perfecte mixta, inanimata, dura, ex sicca terrestri exhalatione, unctuositate quadam aquosâ permixta, per temporis diuturnitatem, vi caloris & frigoris atq; virtute mineralis conglutinata, Magis. l. 5. Phys. c. 2. t. 2.

§. 1. Lapis dicitur, quod laedat pedem, Græcè λίθος à λίαν περιβάλλας, juxta Eustathium.

§. 2. In definitione genus lapidum sunt corpora perfecte mixta inanimata: ita n. conveniunt cum metallis & mineralibus. Differentiam absolunt (1.) materia quæ est exhalatio sicca & terrestris, unctuositate quadam aquosâ permixta. (2.) Cause efficientes nam præter virtutem mineralem, calor exhalationē illam elaborat, & frigus condensat. (3.) Qualitas, puta durities. (4.) Adjunctum, quod

quòd successu temporis exhalatio illa conglutinetur.

II. *Lapides sunt vel vulgares, vel pretiosi.*

§. 1. *Vulgares ex crassiore & impuriore materia congelascunt, ut Tophus, Pumex, Silex, Cos, Saxum, Smyris, Pyrites, Marmor.*

§. 2. *Pretiosi ex subtiliore & tenuiore materia, singulari cœli influxu, congelascunt, viribusq; insignes sunt, & dicuntur gemmæ, ut Adamas, Saphirus, Smaragdus, Hyacinthus, Amethystus, Carbunculus, Chalcedonius, Rubinus, Granatus, Chrysolithus, Asterites, Achates, Sardius, Jaspis, Onyx, Turcois, quæ gemmæ sunt nobiliores: nam minus mobiles sunt Crystallus, Corallum, Hamacrus, Magnes, Margaritæ.*

II. REGULÆ.

I. *Lapides formis differunt. Id patet ex diversis eorundem effectus, quæ sunt resistere venenis, trahere ferrum &c.*

II.

II. *Gemmae ex terrea materia constant.*
Non quidem obscura, sed subtilissima,
humidô aqueô immixta, optimeque
cocta & temperata.

III. QUÆSTIONES.

I. Quomodo frigiditas est causa generationis, cum potius sit causa corruptionis?

R. In corporib⁹ animatis frigiditas est causa corruptionis, at in inanimatis etiam est causa generationis, ut in Meteoris, Metallis, lapidibus, Medis mineralibus.

II. Annon Magnes, quia attrahit ferrum, est animatus?

R. Sic quidem concludit Cardanus lib. 5. de Subtil. p. 150. Sed Scaliger Exer. 102. sect. 5. respondet, non omnem attractionem esse ab anima, cum & ignis attrahat & congreget homogenea, nec tamen sit animatus.

CAPUT IIX.

DE

Medis Mineralibus.

I. PRÆCEPTA.

I, **M**edia mineralia sunt corpora perfectè mixta inanimata, quæ inter metalla & lapides ambiunt, ita ut quædam tenus naturam eorum participant, quædamtenus verò rursus ab eadem decedant.

§ 1. Vocantur (1.) *media*, quòd mediæ naturæ sint inter metalla & lapides. (2.) *Mineralia*, quia in mineris, hoc est, in visceribus subterraneis generentur. (3.) *Fossilia*, quòd è terra fodiantur.

§. 2. In definitione gen^o sunt corpora perfectè mixta inanimata, quo cum Metallis & lapidibus conveniunt, differentia est, quòd inter metalla & lapides ambiunt, &c.

II. *Media mineralia alia emolli: saltem queunt, alia etiam liquari,*

§ 1. Quæ emolli: saltem queunt, sunt terræ quædam lentiscentes, ut Argil:

gilla, Marga, Creta, Ochra, Calx, Gypsum, Terra Sigillata, Terra Armenia

§ 2. Quæ liquari etiam queunt, sunt Succidam quidam concreti, ut *Sal, Alumen, Bitumen, Auripigmentum seu Arsenicum, Vitriolum*, aliàs *Chalcantbum*.

II. REGULÆ.

I *Mineralia (formaliter) multum inter se sunt diversa. Cum quoad communia principia nec genere nec specie conveniant, licet materialiter quandam inter se habeant cōvenientiam, quatenus deducuntur ex materia humida.*

II *Forma mineralium est sui multiplicativa. Habent ista vim in creatione inditam in materia disposita, Lo-coque apto sese multiplicandi; id quod vel nitrum satis edocet, Sennert. l. 5. Phys. c. 1*

III. QUÆSTIONES.

I. *Itane media mineralia, quia generantur, vivunt?*

R.

R. Scaliger exerc. 101 negat consequentiam : nam *Tophus* generatur, nec tamen vivit, quia caret anima. Generationis ergo nomen commune est omnibus generabilibus ac corruptibilibus, & rebus etiam inanimatis, atque corporibus simplicibus competit. Sic enim ex aere generatur aqua absq; anima vivente.

II. Quo pacto Sal inter mineralia, ceu corpora naturalia, recensetur, cum tamen arte fiat? R. Sal aut est naturalis, aut artificialis : illum natura gignit, & dicitur aliàs fossilis, hunc ars facit, & nominatur facticius.

CAP. IX.

DE

Plantis.

I PRÆCEPTA.

I. **P**lanta est corpus perfectè mixtum, vegetante tantùm animâ præditum, quâ è terra nascitur, alitur, augetur, & simile sibi generat. Arist. l. 1. de Plant. cap. 1.

§. 1. Græcè dicitur *Φυτόν*, à *Φύειν* nasci, Latinis etiam *stirps*, Germanis *ein Gewächs*.

§. 2. Definitur (1) *corpus perfectè mixtum*, ad differentiam *Metedorum*, in quib⁹ levis quædam elementorum fit altera in perfecta autè in Plantis (2.) *vegetativâ tantùm animâ præditum*, quo *Planta ab animali distinguitur* (3) à *Subjecto*, quod è terra nascatur, tanquam è ventre. (4.) Quod *alatur*, *augeatur*, & *simile sibi generet*, quibus actionibus vitalibus differt ab aliis rebus *inanimatis*, quæ sicuti *animâ*, ita etiam *hiscæ actionibus destitutæ* sunt.

II. *Partes Plantæ sunt vel Principales, vel minus principales.*

§. 1. *Principales* sunt, quibus anima vegetans nutritionē præcipuè perficit, earumq; vitam conservat, ut *succus*, *lacrýma*, *caro*, *fibræ*, *cortex*, quæ partes *similares* sunt: nam *radix*, *caulus*, *maiorix*, *rami*, sunt partes *dissimilares*.

§. 2. *Partes minus principales* sunt, quæ
E ad

ad plantā nec in individuo, nec in specie conservandam, multum faciunt, ut folia.

III. *Species Plantæ sunt arbor, frutex, herba, olus.*

§. 1. *Arbor* est planta, è cuius radice stipes nascitur, quæ sese in multos effundit ramos, ut *pomus, pyrus, vitis, &c.*

§. 2. *Frutex* est planta, quæ ramos habet absq, stipite tantum à radice progenitos, ut, *avellana, sambucus, &c.*

§. 3. *Herba* est planta minor, de se emittens caulem, vel solum folia, ut *absynbium, artemisia, &c.*

§. 4. *Olus* est planta sativa, esui apta; ut *lactuca, brassica, &c.*

II. REGULÆ

I. *Planta amant, & oderunt.* Non proprie, per animæ sensum, sed tralatitiè per naturæ instinctum, dum illæ se contrahunt vel tendunt beneficiò fibrarum, prout quædā naturæ earum familiaris

ria & utilia, vel adversa & noxia imminet. Ita vites ulmos appetunt, alimentum inutile repellunt, utile verò attrahunt.

II. *Plantæ natalibus locis delectantur.*
Hæc enim ipsis suggerunt alimentum conveniens, in usq, radices stirpium fundamenta, pro earum natura commodè excipiuntur.

III. *QVÆSTIONES.*

I. Annon *Plantæ*, quia *sexu* distinguuntur, *sensu prædite* sunt?

R. *Sexus* tribuitur *plantis*, non propriè sed *metaphoricè*: nam per *sexum masculinum* intelliguntur robustiores, per *fœmininum* autem debiliores, sumtâ à *vita moribus* similitudine, ubi *mares* robustiores, *fœmina* contrâ debiliores censentur:

II. Utrum *plantæ* aliqua *spontè sine semine* orsuntur?

R. Oriuntur sanè, *solâ terre & aqua fecunditate*. nam & quorundam etiam

animalium ortus est accidentarius, quomodo pediculi, vermes, aliaque non nisi per accidens generantur. Magis. in Physiol. lib. 5 c. 4. p. 443.

CAPUT X.

DE

Animali.

I. PRÆCEPTA,

- I. **A**nimale est corpus animatum sensu & loco se movens, Schreib.
1. 4 Comp. Philos. c. 21. thes. 2.

§ 1. *Animal* dicitur ab *animâ*, quâ præditum est. Græcè Ζῷον, à ζωῆν *vita*, quâ gaudet: Germanicè ein lebendiges Thier.

§. 2. *Definitio* constat tum genere, quod est *corpus animatum*, ita verò *animal* cū *Planta* convenit; tum differentiâ, *sensu præditum esse*, & *locò se movere posse*, sensus enim ad ipsius *animalis* esse pertinet, eoq; solo constituitur animal, & à *planta* differt. *Sensum* autem necessario comitatur *mors*, utpote qui
ad

ad conservationem animalis est necessarius.

II. Species animalis sunt homo, & brutum.

§. i. Homo est animal rationale; ubi genus est animal, differentia verò rationale, h. e. ratione præditum, seu mente donatum. Partes hominis sunt corpus, & anima rationalis.

§. 2. Brutum est animal irrationale. Quia animal ergo convenit cum homine quia irrationale autem h. e. carens ratione, ab homine differt.

III Bruta sunt imperfecta, vel perfecta.

§. 1. Bruta imperfecta sunt animalia ex putredine orta, sanguine carentia, & incisisuris distinctum corpus habentia, Arist. l. i. de Hist. anim. c. 1. ut inſ. Ela, v. g. musca, vespa, &c.

§. 2. Bruta perfecta sunt, quæ corpus habent integrum, & cæsuræ carent, quæq; sanguine, quem intra se gignunt, sunt prædita, Arist. l. i. de Hist. anim. c. 4.

§. 3. Hæc sunt vel ἀμφίβια, quæ in utroq; elemento, aqua & aëre, vivunt, ut, rana natrix &c. vel ἐτερόβια, quæ in uno saltem elemento vivunt, ut pisces in aqua v. g. cetæ, balæc &c. aves in aere, v. g. passer, anser, &c. bestia quadrupeda in terra, v. g. equus, leo, &c.

II. REGULÆ.

II. Ἄνθρωπος ὁ ἄνθρωπος ἡνὶκά ἡγή-
 ῃται. Sol & homo (diversimodè) ge-
 merant, hominem, Arist. 2. Phys. c. 2. t.
 B6. Sol quidem tanquam causa æqui-
 voca & universalis, homo autem tan-
 quam causa univoca & particularis.

I. Omne animal, quamdiu saluum fue-
 rit, nutritur, Arist. 1. de gener & cor-
 rupt. c. 5. t. 41. Si non nutrimento ex-
 terno, ut glis, ursus &c. quæ hyeme in
 terre latebris recondita latitant, attā-
 men nutrimento interno: illa n. multos
 crudos succos in æstate collegerunt,
 qui cū caloris imbecillitate conco-
 qui non potuerunt, hyberno tempo-

te natus calor in eos incumbit, & concoquit, & inde nutriuntur.

III. QUÆSTIONES.

I. Annon bruta quadam, v. g. simia, canes &c quia delirant, intelligunt?

R. Delirant bruta, ob imaginationem, minimè verò ob rationem, quâ carent, secus, ne bruta quidem essent.

II. Itane pisces, quia per branchias spirant, respirant?

R. Propriè per aëris attractionem non respirant, quoniam carent pulmone; licet transpirent, quæ respiratio analogica est, & rectius dicitur refrigeratio cordis per aquæ attractionem.

CAPUT. XI.

DE

Partibus corporis humani contentis,
Humore & Spiritu.

I. PRÆCEPTA.

I. **H**umor est pars corporis liquida & fluida, in vasis certis contenta, &

ad conservationem ejusdem corporis faci-
ens.

§. 1. *Partes hæ dicuntur contentæ,*
qui, cum naturam habeant fluentem
& non coherentem, a harum admini-
culò continentur & sustentantur.

§. 2. *Humor est vel insitus, vel ac-*
quisitus.

§. 3. *Humor insitus est, qui à semine*
& sanguine menstruo ortus, corpori
ab ipsa conformatione inest, & nativi
caloris pabulum est atq; vehiculum.
Dicitur alias hum. dum radicale.

§. 4. *Humor acquisitus est, qui insiti*
reparandæ causâ, ab utiliore alimen-
torum parte proficiscitur, ut Sanguis
& Pusilla, qui utiles sunt humores, &
maximè ad nutritionem faciunt.
nam inutiles sunt Cholera & Melan-
cholia, item serum, sudor, lachrymæ

II. *Sanguis est humor calidus, tempera-*
tus, dulcis, rubescendus, n. venis mesaraicis
preparatus, & in epate, ex partibus Chylis
temperatioribus, pinguioribus & aereis cõ-
fe-

fectus, Arist. lib 3. Histor anim. c. 19.

§. 1. Sanguis hîc sumitur propriè, pro puro & à reliquis humoribus sejuncto humore.

§. 2 Hic humor dicitur (1.) *calidus*, quia ab optima percoctione elaboratur. (2.) *Temperatus*, quia aptus est ad edendas animalis operationes (3) *Dulcis*, quoniam à moderato calore & ex temperatissima chyli parte oritur. (4) *Rubicundus*, quia rubedinem ab epate, quod rubrum est acquirit (5) *In ventis mesentericis preparatus*, & in epate confectus, ubi subiectum inuitur (6) *ex partibus Chyli temperatioribus, pinguioribus & acrioribus* ortus, quæ sanguinis materia est.

III. Putida est humor frigidus, liquidus, albus & insipidus, ex frigidioris chyli portione in epate genitus, ut per ulteriores preparationes in sanguinem redigatur, Arist. l. 1. de Sen anim. c 18.

4. 1. Græcè appellatur Φλέγμα, ἀπὸ τοῦ πένε φλέγμαι, contrario sensu, quia minimè ustum.

§ 2. Humor est (1) *frigidus*, non exactè, sed quia frigiditas in eo prevalet (2) *liquidus*, est n. aquosus. (3) *albus*, quoniam frigus causa est albedinis. (4.) *Insiptidus* firè. nam eò modò dulcis est, quo aqua. (5.) *ex crassiore & aquosiore chyli parte in jecore prognatus*, quæ *Phlegmatica materia* (6.) à natura ordinatus, ut ex eò facillimè temporis progressu sanguis efficiatur.

IV. *Bilis flava* est humor calidus, crassus & amarus, è calidioribus chyli partibus procreatus & in vesica fellea collectus.

§ 1. *Bilis flava* à calore sic nuncupatur, Græcè *χολή ζαή*, Latinis (*cholera*).

§. 2. Hujus (1.) *qualitate* sunt caliditas, crassities & amaritudo (2.) *Materia* est Chyli portio calidissima & sicca (3.) *Subiectum* autem vesica fellea, in qua colligitur.

V. *Bilis atra* est humor frigidus & siccus, crassus, nigricans, aserbns & acidus, è
fr

frigidioribus Chyli partibus enatus, & in Splenem collectus.

§. 1. Bilius atra identidem à colore sic vocatur, Græcè χολή μέλαινα, inde est *Melancholia*.

§. 2. Humor hic (1.) est frigidus, siccus, crassus, quoniam terreus (2.) Nigricans, quia vergit ad nigredinem. (3.) Saporem habet interdum acerbum, cum magis in eo calor coxerit humidum; Interdum acidum, si minus. (4.) Materiam agnoscit frigidiores Chyli partes, (5.) Subiectum verò Splenem, in quo colligitur.

VI. Spiritus est substantia pertenuis, aerea ac vaporosa, primum anima instrumentum ad functiones obeundas.

§. 1. Spiritus hic sumitur Physicè, pro corpusculo subtilissimo, quod non est ἀπλόν, sicut aer & ventus sunt Spiritus.

§. 2. Hic (1.) Substantiâ suâ est ferè elementaris, quia talis est ejusdē materia, &c. (2.) primum anima instrumentum, ad cuncta naturæ munia exequenda.

§. 3. Est autem vel *infitus*, qui singulis membris solidis innascitur, & ex semine genitali procreatur, prima caloris nativi sedes. vel *influens*, qui in implantati, ne exsolvatur & evanescat, subsidium emanat.

§. 4. Hic est triplex: 1. *Naturalis*, qui in epate generatur, ex puriore sanguine, ad naturales operationes perficiendas. 2. *Vitalis*, qui in corde gignitur ex naturali Spiritu, & per arterias diffunditur in totum corpus. 3. *Animalis*, qui in cerebro, ex vitali Spiritu gignitur, ad operationes sensuum perficiendas.

II. REGULÆ.

I. *Sanguis* (per se) *si frigidus*, Arist. 1. 2. de part. anim. c. 1. cum sit de natura aquea, & ob id congelari etiam queat, *calidus* autem est *per accidens*, & ratione officii, quatenus est in corpore, & ab optima percussione elaboratur, *Vogel. Phys. spec. de animal.* §. 56 p. 10.

II. Spiritus in diffusas partes influit. sine penetratione dimensionum. Quia est maxime tenuis, unde citra impedimentum in momento huc atq; illuc celeri quadam pernecitate diffunditur, membraq; pervadit.

III. QUÆSTIONES.

I. Cur Humores & Spiritus inter animalis partes numerantur, cum tamen nullam figuram, nec certum incrementi modum obtineant?

R. Nomen partis hoc loco usurpatur latius, pro eo omni, quod ad corporis humani constitutionem & vitam est necessarium. Quod n. à Toto demere non licet sine Totius dissolutione, id meritò Totius pars dicitur. Itaq; Humores & Spiritus, quoniam his demptis, totus homo constare non potest, partium nomine rectè censentur, Scalig. exerc. 280. sect 2.

II Quâ veritatis specie Arist. sect. 30. probl. 1. Melancholicos dixisse ingenuos, cum

cum tamen *Melancholia* ad motus omnes tam *animæ* quam *corporis* sit inepta?

R. *Ingenii* vis cernitur vel in celeriter *discendo*, vel in *constanter retinendo*. Hac *posterior* ut excellunt *Melancholici* quia n. *siccitas* necessaria est ad *retinendum*, ideo *firmantur* & *contemperantur* ab humore cum calore naturali *sanguis* & *Spiritus*.

CAPUT XII.

DE

Partibus corporis humani continentibus, iisque, similaribus.

I. PRÆCEPTA.

IP *Artes humani corporis continentes* *similares sunt*, vel *dissimilares*, *Arist.* l. 1. de *Hist. anim.*

§. 1. *Dicuntur partes continentes*, quia ob *solidam suam naturam* per se *consistunt*, & *alias sustentant*.

§. 2. *Partes similares sunt*, quæ undiq. *in similes secundum sensum parti-*

culas ejusdēq. speciei dividi possūt.

II. *Partes similes sunt Ossa, Cartilagineae, Ligamenta, Membrana, Nervi, Arteria, Vena, Fibra, Adeps, Cutis, Caro.*

§. 1 *Ossa* sunt partes corporis durissimae, siccissimae, frigidissimae, à semine crassamento per exustionem genitae, ad totius stabilitatem & fulcrum. Græcè appellantur ὀστέα.

§. 2 *Cartilago* est pars, quodammodo dura, flexilis tamen, ad custodiendas partes motui destinatas. Græcè dicitur χόνδρος.

§. 3 *Ligamentum* est pars corporis similis, genita ex semine, aliquantisper dura, ossa instar funiculi inter se connectens, & reliquas partes ossibus, ne fiat luxatio.

§. 4. *Membrana* est pars similis, ex semine genita, tenera, singulas alias partes tegens, sensus gratiâ, Arist. l. 3 de Hist. anim. c. 13.

§. 5. *Nervi* sunt partes spermaticae, à cerebro aut spinali medulla exorte,

interiori parte medullares exteriori membranae, spiritum animale de-ferentes ad sensum & motum.

§ 6. *Arteria* sunt vasa concava, oblonga, duplici crassissima tunica constantia, deducendo vitali spiritui, nec non temperando & expurgando cordis ac singularum partium calori dicata.

§ 7. *Vena* est pars similis, rotunda, fistulae instar excavata, ab epate orta, uni constans tunica, fibris triplicibus contexta, spiritum naturalem & sanguinem pro nutrimento ad singulas partes deferent.

§ 8. *Fibrae* sunt partes similes, albæ, solidæ & siccae, ad actiones membrorum mobilium administrandas, è semine factæ.

§ 9. *Adeps* est pars similis, humida & exanguis ex aerea & pinguiore sanguinis parte, per vasorum tunicas exsudante, à frigidityte partium nervosarum concretescens.

§ 10. *Caro* est pars similis, mollis,

rubicunda, ex sanguinis coagulo concreta.

§ II. *Cutis* est pars similis, facta à frigore, & ex lento quodam humore concreta, carnis tegendæ gratiâ. Arist. 1. 3. de Hist. anim. c. 11.

II. REGULÆ.

I. *Πιμελή ηγήσας Δίαφέρουσιν ἀλλήλων.* *Adeps & sebum inter se differunt*, Arist. 1. 3. de Hist. anim. c. 17. Et quidem (1.) *natura qualitate*, quia sebum terreneum magis est quàm adeps. (2.) *Subiecto* animalia enim, quæ utrinqu; dantata, sed cornigera sunt, hæc sebum habent; at quæ ut, inq; dentata, cornua non habent, loco sebi adipem obtinent. (3.) *Loco* adeps in ra carnẽ cutemq; solet consistere, sebum semper in fine carnis situatur.

II. *Generatio sanguinis opus est non venarum, sed epatis.* Quippe quod insita sibi ei ex facultate sanguinẽ perficit, etsi vis sanguifica venis est tribuẽda, quam

quam à jecore illapsam acceperunt.
Magr. Comment. in Phys. l. 5. c. 9.

III. *QUAESTIONES.*

I. *Utrum ossa sentiunt?*

R. *Sensus*, quem habent, non ab ossibus proficiscitur, sed à *membrana* illa, quâ ossa obducuntur, quàm *περιόστιον* ob id Græci quasi ambientem ossa vocârunt. Hac enim abrasa, non modò sine dolore, verùm etiam sine ullo prorsus sensu ossa secabis, combures, & quo libuerit modo, tractabis.

II. *Quomodo arteriæ à venis differunt?*

R. Differunt (1.) *origine*: arteriæ enim ex sinistro cordis vètriculo prodeunt, venæ ex epate. (2.) *Functione*, quia arteriæ vitale spiritum toti corpori subministrant, venæ spiritum naturalē ad singulas partes deferunt. (3.) *Substantiâ* vena unâ cōstat tunicâ, arteria verò duplici. (4.) *Motu* arteriæ sine intermissione moventur, venæ non item.

CAPUT XIII.

DE

*Partibus dissimilaribus ex-
ternis.*

I. PRÆCEPTA.

I. **P** Artes corporis humani dissimiles sunt, quæ ex similibus compositæ, diversæ sunt substantiæ & nominis.

§. 1. Dicuntur (1.) *dissimiles*, quia dissimilis sunt substantiæ, (2.) *organica*, ab organis diversis ad diversa officia deputatis.

§. 2. Et hæc sunt *vel externa*, vel *interna*. *Externæ* partes sunt *Caput*, (sub quo *Collum*) *Truncus*, *Artus*.

II. *Caput* est pars corporis dissimilari, collo supraposita, globosa, facultatis animalis sedes, Arist. l. 2. de Hist. anim. c. 10.

§. 1. Partes principales capitis sunt *cranium* & *facies*.

§. 2. *Cranium* est os capitis rotundum & crassum, ossibus & futuris distinctum, ac membranâ circumdatum, cerebri imprimis munedi & custodi-

en-

endi cauſâ, piloli capitiſ parti proxi-
mè adhærens.

§. 3. *Facies* eſt pars, quæ calvæ ſubje-
cta eſt anteriore parte, Ariſt. l. i. de
Hiſt. anim. c. 8. Hæc comprehendit
in ſe *Oculus, Aures, Naſum, Genas, Os*

§. 4. *Oculus* eſt pars faciei, ſub fron-
tem & ſupercilia poſita, tunicis & hu-
morib⁹ conſtans, potentia viſivæ or-
ganum Ariſt. l. i. de Hiſt. anim. c. 9.

§. 5. *Urus* eſt pars faciei, tribus con-
ſtans oſſibus, auditus instrumentum,
Ariſt. l. i. de Hiſt. anim. c. 11.

§. 6. *Naſus* eſt pars organica, in
media faciei poſita, reſpirationis &
odoratus instrumentum, Ariſt. l. 2.
de part. anim. c. 16.

§. 7. *Gena* eſt pars faciei, quæ in-
ter naſum, aures & os, velut circum-
ſcripta continetur, Ariſt. l. i. de Hiſt.
anim. c. 11.

§. 8. *Os* eſt faciei pars, quæ diductis
labris ad imas uſq. fauces interjacet,
in qua continentur *Dentes, Lingua, Pa-
latum, Gurgulio, Amygdala.*

§. 9. *Dentes* sunt partes omnium durissime, intus cavę, venulis arteriis & nervis præditę, molliendis & præparandis ventriculo cibis destinatę.

§. 10. *Lingua* est pars carnea, rara & laxa, spongię instar, medio in ore posita, gustatũs & sermocinationis organum.

§. 11. *Palatum* est pars oris superior modicę concava, foraminibus pertusa, quibus ę cerebro pituita in os descendit.

§. 12. *Gurgulio* est caro fungosa, oblonga, ę palato in os propendens, ac vocis articulata in homine modulationem conferens.

§. 13. *Amygdalę* sunt carnes duę ab utraq; faucium parte locatę, glandulosę, porosę & spongiosę, figurę etiã ratione glandib⁹ rotundis cum quadam longitudine persimiles, ę natura pro excipiendis superfluis humorib⁹, proque principio fistulę arterialis; coarctando ordinatę & constitutę.

§. 14. *Collum* est pars corporis dissimularis, inter caput & humeros sita, asperæ arteriæ tegumentum, & gulæ munimentum, Arist. l. 3. de part. anim. c. 3. & l. 4. c. 10.

111. *Truncus* est corpus sine capite & artibus.

§. 1. Partes ejus duæ sunt; *ὤσος*, pectus; & *γαστήρ*, venter.

§. 2. *Pectus* est pars trunci anterior, quæ collo subiecta, à costis utrinque circumscribitur, estq; sedes membrorum vitalium.

§. 3. *Partes pectoris* sunt vel carnosæ, ut *Mamilla* & *musculi*; vel osseæ exque anteriores, ut *sternum*, *Clavicula*, *Costæ*; aut posteriores, ut *Dorsum* (cujus substantiam constituent *scapula*, *Spina*, *Coxendices*) & *Nates*.

§. 4. *Mamilla* sunt partes, in media thoracis regione, & ad lat⁹ ejus sitæ, & substantia carnea, molli, spongiosa & glandulosa, cōstitutæ, ab utraq; parte nervis, venis, arteriis intertextæ, pro
13.

lactis elaboratorio, & receptaculo
foetus nutritivi, proq, cordis impri-
mis virilis munimento.

§. 5. *Musculi* sunt partes carnosæ,
ad motum thoracis perficiendum or-
dinatæ.

§. 6. *Sternum* est os pectoris, anti-
cam ejus partem constituens, in qua
costæ conveniunt.

§. 7. *Claviculae* sunt gemina ossa
collo proximè subjecta, quæ hume-
rum & verticem efformant.

§. 8. *Costæ* sunt laterales pectoris
partes, & quidem ossæ, ex seminali
superfluitate è spina dorsali progna-
tæ, & quidē in octava spinæ dorsi ver-
tebra initium sumentes, & usq; in e-
jusdem vertebra decimam nonam
desinentes, ut sint velut interstitia,
& circa membra vitalia quasi pro-
pugnacula & munimenta.

§. 9. Νῶτ Ⓞ Τῶν μέρ Ⓞ τῶ θώρακος Ⓞ,
τὸ ὀπίθεν τῶ στήθους *Dorsum* est pars tho-
racis, pectori nempe anteriori retrò ve-
lut

lut opposita, Arist. l. de Hist. an. c. 15.

§. 10. *Scapula* sunt duo ossa in dorso sita, claviculis & brachio inarticulara, ad costarum robur, & musculorum implantationem.

§. 11. *Spina* est pars dorsi, 14. vertebriis variè inter se articulatis constans, spinalem medullam intra cavitatem suam continens, ad corporis sustentationem efformata.

§. 12. *Coxendices* sunt duo ossa robustissima sacro ossi insita, ac desinentia in nates, quæ sunt musculosæ.

§. 13. *Nates* sunt pars corporis posterior, quæ maximè carnosæ, infra lumbos prominet, pro requie totius corporis capianda.

§. 14. *Venter* est pars trunci inferior, quæ à pectore, ubi verè costæ desinunt, deorsum ad coxas usq, & pubem protenditur, in quæ nutritionis & generationis organa. Arist. l. 1. de Hist. anim. c. 13. & l. 2. de part. anim. c. 9.

VI. *Artus* sunt duo: *Manus* & *Pes*.

§. 1.

§ 1. *Manus* est pars corporis quæ à scapulis ad digitos usq, protenditur, brachiò, cubitò & manu extrema cōstās, ad res apprehēdendas ordinata.

§. 2. *Brachium* est, quod ab humero ad cubitum pertinet, & constat uno osse magno, & musculis multiplicib⁹, quorum septem regunt motum brachii, quaterni verò, qui dicuntur lacerati, regunt cubiti motum : & venis etiam constat tribus insignibus, humeraria, axillari, & mediana.

§. 3. *Cubitus* est tota illa pars, quæ inter brachiale, & cubiti articulum est, constans duobus ossibus, quorum maius & inferius dicitur ulna, minus & superius radius. Constat etiam musculis 33 ad brachialis & manūs motum comparatis

§. 4. *Manus extrema* est pars, quæ à carpo usque ad extremos ungues protenditur.

§ 5. *Pes*, est pars corporis, coxæ inserta, quæ à natibus ad plantas usq,
F por-

porrigitur, femore, crure, & pede parvo constans, ambulandi, & standi organum.

§. 6. *Femur* à coxa usq; ad genu porrigitur, constans osse omnium, maximo, musculis & carne glandulosa ad inguina consistente, ubi bones generantur.

§. 7. *Crus* est pars, à genu ad pedem parvum protenta, constans duob; ossibus longis, quorū interius & majus tibia, exterius & min; fibula vocatur.

§. 8. *Pes parvus* sub ipso talo incipit, & ad extremitatem digitorum excurrit, constans ossibus 28. & musculis vicenis binis, quibus digiti extenduntur & flectuntur.

II. REGULÆ.

I. *Quodcunq; membrum à natura est licet visum, natura est, expers probri est.*

Nates igitur ut & *Penis* & *Matrix*, probrium non merentur: sunt enim *natura opera*.

II. *Tot costæ (naturaliter) sunt in viris, quot in mulieribus.*

Commentum ergo est, viros quæpiam costâ in altero latere esse destitutos.

III. QVAESTIONES.

Utrum Dens sentiat? R. Dens (quantum ad ejus partem à gingivis rectam) sentit, quoniam se nervus, ejusq; virtus, ad eam usq; regionem extendit, ubi cavitas dentis interna desinit, & gingivarum terminus est: At eadem dentis pars, quæ prominet non sentit, quia ea secari, limis atteri, nec non cadentibus ferris uri poteit, sine ullo sensu, *Magis, Comment. in phys. c. 10. lit. A.*

II. *Cur costæ aliqua dicuntur spuria, cum omnes sint vera?*

R. *Spuria* dicuntur, non quòd costæ non sint, sed quia imperfectæ sunt, & paulatim magisque decurtantur, neque sterno coarticulantur, ut vera costæ,

CAP. XIV.

DE

Partibus dissimilaribus internis,

I. PRÆCEPTA.

I. **P**artes interna numerantur secundum tres ventres, infimum, medium, & supremum.

§. 1. In infimo ventre sunt organa naturalia, destinata vel nutritioni, vel generationi.

§. 2. Ad nutritionem pertinent Gula, Ventriculus, Intestina, Mesenterium, Jejunum, Lien, Vesicula fellea, Renes, Vesica.

§. 3. Generationi inserviunt vasa seminaria, & Testes, quæ organa utriusque sexui communia sunt: viris enim penis, & foeminis uterus peculiaris est.

§. 4. Gula est pars colli interior postica, inter os & ventriculum locata, carnosae, & nervosae, per quam cibus potusque in ventriculum deferitur. Arist. l. 1. de Hist. anim. c. 12.

§. 5. Ventriculus est pars membranosa.

noſa, cava, ſphærica, duâbus propriis tunicis conſtans, ſub diaphragmate in medio penè corpore ſita, primæ concoctionis officina, nutrimentum ingeſtum convertens in chylum, eandemq; ad inteſtina per inferius oriſcium transferens

§. 6. *Inteſtina* ſunt oblonga, rotunda ac cōcava corpora, ad podicē uſq; producta, alterandis aliquantulum cibis, distribuendo in jecur chylo, & ad evehēdas ſuperfluitates inſtituta.

§. 7. *Mefenterium* eſt quidam paniculus, in medio inteſtinorum collocatus, illaq; invicem colligans & connectens.

§. 8. *Jecur* eſt pars organica inimi ventris, conſtās carne rubra, ſanguini nuper coagulato ſimilima, proximè in dextro hypochondrio ſita, & ſanguinis officina, Ariſt. l. i. de Hiſt. a. niſi c. 17.

§. 9. *Lien* eſt pars rara, fungoſa, carne obſcura cōſtans, ſub diaphragmate in ſinistro hypochōdrio ſita ex ade

verso jecori atq; ex illa atram bilem attrahens. Arist. l. de Hist. anim. c. 17.

§. 10. *Vesicula fellea* est pars membranacea, unica, & simplicem habens tunicam, sed validam, triplici villorum genere textam, oblonga rotundaque cavæ jecoris parti cōnexa, bilē ex illo attrahens, & in intestina propellēs.

§. 11. *Renes* sunt partes carnosæ, densæ & maximè solidæ, pinguedine obductæ, quæ sub diaphragmate in utroq; latere situm habent, & humore seroso sanguinem repurgant, Arist. l. de Part. anim. c. 9.

§. 12. *Vesica* est pars nervosa, duabus tunicis constans, triplici fibrarum genere intertexta, rotunda & aliquantulum oblonga, sita in hypogastrio, urinam ab ureteribus advectam excipiens, & foras excernens.

I'. *In medio ventre sunt partes vitæ ut* καρδία, cor, & πνέμων, pulmo: *in supremo autem ventre est pars animalis, nempe* ἐγκέφαλος, cerebrum.

§. 1. *Cor* est pars principalissima, durâ, densâ & solidâ carne constans, figuræ pyramidalis non absimilis, vitæ fons, & vitalis facultatis domicilium, in quo spiritus vitales elaborantur, & per arterias à corde ortas distribuuntur in totum corpus. Arist. 1. 3. de part. anim. c. 4.

§. 2. *Pulmo* est pars rara, levis, spongiosa, ac velut ex spumoso sanguine concreta, testudini similis, in dextra thoracis parte locata, ejusq; totâ cavitatem implens, respirationis & vocis instrumentum. Arist. lib. de Respir. c. 10.

§. 3. Hæc organa à naturalibus distinguit *diaphragma*; Est panniculus rotundus ex carne, nervis & membranis constans, undique lateribus transversim, & dorso circa duodecimam vertebram alligatus, membra naturalia à vitalibus dividens.

§. 4. *Cerebrum* est pars maximè frigida, mollis, alba & medullaris, ex purissima seminis & spirituum portione

fabricata, & in cranni cavitate sita, facultatis animalis principium, Arist. l. 2 de Part. anim. c. 7.

II. REGULÆ.

I. *Epar* (propter diversitatem materię, in quam incumbit & agit) diversos producit effectus. Ex portione enim terrestris *melancholicam*, ex frigidiore & cruda parte *pituitam*, ex subtiliore *pituitam*, ex subtiliore & feruescente *bilem*, ex mediocri & acra portione verum producit *sanguinem*.

II. *Sensus promanat à cerebro*. Non immediate, sed mediatè, beneficio videl. *nervorum*, qui oriuntur à cerebro,

III. QUÆSTIONES.

I. Quomodo *secur solius sanguinis officina est*, cum & reliquos humores gignat?

R. Id fit per accidens: nam per se solius sanguinis instrumentum est.

II. Annon Cerebrum, quia aliis membris sensum communicat, ipsum etiam sentit?

R. Cerebrum habet vim sentiendi *δυνάμει*, non autem *αἰσθ.*, juxta Scalligerum.

CAPUT XV.

DE

Anima in communi, & in specie de Anima Vegetante.

I. PRÆCEPTA.

I. **ΨΥΧΗ** εἶναι ἐν τελέχεια ἢ πρῶτῃ τῇ σωματικῇ Φυσικῇ, ζῶν ἔχοντι *δυνάμει*. *Anima est aëus primus corporis naturalis, vitam habentis potentia, Arist. l. 2. de Anim. c. 1. t. 6. Seu, ἡ ψυχὴ τῆς, εἶναι ὡς ζῶντι, καὶ αἰσθανόμεναι, καὶ διανοοίμεναι πρῶτως. Anima est id, quo vivimus, & sentimus, & intelligimus primò, Arist. l. 2. de Anim. c. 2. t. 24. ut anima vegetans, sentiens & rationalis.*

§. I. In priori definitione consideratur *anima respectu corporis*; ab anima

informari; in posteriori autem respectu operationum suarum, quatenus effectivum earundem principium est.

§ 2. *Anima* dicitur ἀπὸ τοῦ ἀνέμῃς, à vento: quia n. motus animæ est spirationi venti similis, ideo & à venti spiratione similitudo ducitur Græcis est ψυχὴ à ψυχεῖν, spirare; Hebræis verò Naphasch à Naphasch respiravit.

§ 3. Caterum *Anima* hîc non consideratur absolute, sed respectivè, quatenus est cum corpore conjuncta, illiusq; forma informans.

§. 4. Prior definitio constat tum genere quod est ἐντελέχεια, ab ἐν, quia inest in aliquo, τέλει, perfectio, & ἔχειν, habere, Scalig. Exerc. 307. sect. 7. hoc est, actus primus, seu formæ, quâ anima actuât & informat. tum differentiâ, quæ respicit corpus naturale, ut excludatur corpus artificiale, quod interdum videtur habere actionem corpori animato similem, sicut Architas Tarentinus fecisse dicitur columbam volatilem. Sed

hæ

hæ actiones uti non ab *anima*, ita nec per organa naturalia perficiuntur. Additur. *vitam habentis potentia*, id est, quod vitam habet, vitæq, operationes exercere potest, quandoque vult. Excluduntur ita *cadavera*, quorum instrumentis ad vitam & functiones animæ nulla inest aptitudo.

§. 5. In posteriori definitione *affectionis* desumitur à triplici *anima* five specie five gradu, ceu *anima vegetante*, *sensiente*, & *rationali*; quæ quidem partes non *conjunctim*, sed *disjunctim* sic sunt accipiendæ: Anima est principium, quo vivimus, aut sentimus, aut intelligimus primò.

§. 6. Subjungitur vocabulum *primò*. nam *anima* primò vivimus, &c. corpore autem non *primò*, sed *secundariò* & *organicè*.

II. *Anima vegetans est actus primus corporis naturalis organici, quo illud vivit, nutrimento assumto nutritur, augetur, & simile sibi in specie generat,*

§. 1. Genus est actus primus corporis naturalis organici, quo anima vegetans convenit cum anima sentiente & intelligente.

§. 2. Differentia desumitur partim ab effectu anima vegetantis, quæ est vita; partim à trina anima vegetantis facultate nutritrice, auditrice, & procreatrice.

III. Nutrix est anima vegetantis facultas, nutrimentum v. caloris innati in corpore animati substantiam convertens, ut reparetur id, quod absumitur, Arist. 1. 2. de Anim. c. 4. t. 48.

§. 1. In hac definitione genus est anima vegetantis facultas, quæ cum auditrice & procreatrice convenit.

§. 2. Differentia complectitur (1.) causam efficientem tum principalem, puta animam vegetantem, tum instrumentalem, nempe calorem innatum. (2.) Obiectum, quod est $\tau\epsilon\gamma\phi\eta$, nutrimentum. (3.) Subjectum, n. corpus animatum, ejusque partes nutriende.

(4.) Formam; hæc verò est conver-

so nutritante in substantiam corporis animalis.

(5.) Finem, ut reparetur illud, quod indies absumitur in corpore animato.

IV. *Auctrix* est, vis animæ vegetativæ, quæ corpus animatum ex alimento assimilato ut coloris innati nutritum, in omnem dimensionem extenditur, ut justam magnitudinem acquirat, ad edendas debitas actiones.

§ 1. *Facultas* hæc est vis animæ vegetantis, quia hæc, sicut est in corpore omnium naturalium actionum principium, ita quoque naturalis incrementi causa efficiens prima erit.

§ 2. *Objectum* Auctricis idem est, quod etiam Nutricis, nutrimentum nimirum, sed diversa respectu nutritionis enim tantum substantiam respiciet, auctio verò quantitatem.

§ 3. *Forma* est extensio partium in omnem dimensionem, h. e. in longum, latum & profundum, servatâ tamē proportionē, quâ iusta magnitudo acquiritur.

§. 4. *Finalis causa accretionis*, est, ut corpus animatum suis fungatur munus, debitasq; edat actiones.

V. *Procreatrix* est potentia anima vegetativa, quæ ex semine prolifico animans novam substantiam, sibi speciem similem, procreat, ad perpetuam specierum conservationem, Arist. l. 1. de anim. c. 4 t. 48.

§. 1. *Procreatrix*, dicitur aliàs facultas generativa, cujus genus est potentia anima vegetativa.

§. 2. Differentia desumitur ab eius operatione, puta generatione. Ubi occurrit: (1.) *Causa efficiens*, anima vegetativa (2.) *Objectum*, semen prolificum. (3.) *Subiectum*, nova substantia, similis ei, quæ generat. (4.) *Forma*, novæ substantiæ productio. (5.) *Finis*, perpetua specierum conservatio.

VI. *Effectus anime vegetantis* est vita, cui mors opponitur.

§. 1. Ζωὴ ὅτι ἡ μὲν τῆς σπερμικῆς ψυχῆς οὖν τῷ θερμῷ. *Vita est permansio anime vegetativa cum calore in corpore,*

Arist.

Arist 1. de Respir c. 18. Positâ enim animâ in corpore, ponitur vita, & rursus sublatâ animâ à corpore, vita tollitur. Dicitur cum calore, sed non solo. nam & in calore nativo, & in humido radicali vita consistit.

§ 2. Ὁ θάνατος ἐστὶ φθορὰ τοῦ ζῆντος καὶ ὑγροῦ φυσικοῦ. Mors est extinctio calidi & humidi naturalis, Arist. sect. 14. probl. 10 & lib. de Vit. & Mort. c. 4. Seu: Mors est absentia discessusq; animæ à corpore, ob defectum innati caloris, Conimb lib. de vit. & mort. c. 3. Extincto enim calore nativo, qui corporis & animæ quasi vinculum est, anima à corpore discedit.

II. REGULÆ.

I. Anima est primum subiectum (ut quo seu informationis) omnium facultatum. Hæ n primò dimanant ab anima per actionem immanentem, ideoque

reperiuntur in eadem, tanquã, in sub-
jecto; quanquam totum compositum est
subiectum *ad quod* seu denominationis.
D. Scharf lib 5. *Phys. spec. c. 1. p. 420.*

II *Generatio (univoca) solius viventis
est.* Hoc n. dat materiam & formam,
ut ex semine equino educitur forma
equi; ast *generatio equivoca* est etiam i-
nanimatorum. Ita Sol ex putri terra
generat ranas, & ignis ex ligno alium
ignem, ex caseis putrefacto generantur
vermes, &c.

III *QVÆSTIONES.*

I. Cur Aristoteles animam in com-
muni definivit per vivere, sentire & in-
telligere, cum tamen sentire & intellige-
re; etiam sit vivere?

R. *Vivere* hic non late accipitur, pro
ut quamlibet actionẽ cuiusvis anime
includit, aliã enim est tautologia,
sed *strictè* pro solis animæ vegetantis
operationibus, quæ sunt nutritio, aug-
mentatio & generatio. *Priori modo*

sentire & intelligere est vivere, non posteriori D. Stahl. instit. Phys. sect. 6. c. 1. ad theor. 2.

II. Utrum generatio, quia est ob specierum conservationem, etiam fit ob interitum individuorum humanorum, licet non peccantium?

R. Ita quidem Socinus lib. de Stat. prim. hom. p. 17. concludit, sed fallaciam cause committit. nam generatio in statu immortalitatis primò nō erat propter interitum individuorum humanorum, ut post lapsum; sed propter multiplicationem individuorum perpetuò viventium secundum institutionem Creatoris: Crescite & multiplicamini, &c. Gen. 1. v. 28. D. Kesler, in Exam. Phys. Photm. sect. 2 princ. 14.

p. 246. &

249.

CAPUT. XVI.

DE

*Anima Sentiente, & in specie de
Sensibus externis.*

I. PRÆCEPTA.

I. **A**nima sentiens est actus primus corporis organici, cujus ratione animal objectis sensibilibus, quæ extra ipsum sunt, mediante corporis instrumento percipit, salutaria appetit, & loco movetur.

§. 1. Subiectum est animal: sentire enim non est anima solius, nec corporis solius, sed conjuncti animalis. Arist. 1. 1. de Sens. & sensib c. 1. Objectum, verò sensibile, quod est veluti causa movent sensum.

§. 2. Dicitur (1.) quæ extra ipsum sunt, quo anima sentiens differt ab anima vegetante, quæ nihil extra se percipit. (2.) Mediante corporis instrumento, quo distinguitur ab anima intelligente, quæ ad formarum intelligibilium perceptionem instrumento non utitur.

§. 3.

§. 3 Deniq, sumitur differentia à trina anima sentientis facultate, cognoscitiva, appetitiva, & locomotiva.

II. *Facultas cognoscitiva est, quæ mediante certò corporis instrumento objecta sensibilia ad se delata percipit, dijudicat, & tandem ad certum finem dirigit*

§. 1. Nuncupatur aliàs ἡ αἰσθησις, *Sensus: ἡ αἰσθησις ἔστι τὸ δυνάμει τῶν αἰσθητῶν εἰδῶν ἄνδρ τῆς ὕλης. Sensus est id, quod vim habet recipiendi species sensibiles absq; materia, Arist. 1. 2. de anim. c. 12. r. 121.*

§. 2. Ceterùm ad Sensem in actum deducendum, quinq, requiruntur; (1.) *facultas*, sub qua tamen & spiritus animalis comprehenditur, qui in cerebro fabricat9, & per nervos in sensorium delatus, sensum ciet (2.) *Objectū sensile*, h e quod sensu percipitur. (3.) *Species sensibiles*, quæ est idea aliqua, imaginē objecti repræsentans, ut secundum eam sensus dijudicare possit. (4.) *Organū*, estq, certa corporis pars, quâ objectum

Etum sensibile percipitur, dicitur aliàs *sensorium*. (5.) *Medium*, per quod species sensibilis provenit ad organum.

III. *Sensus sunt externi, vel interni.*

§. 1. *Sensus externi* sunt, qui in exteriorē corporis parte magis resident, & res externas præsentes comprehendunt, ut *Visus*, *Auditus*, *Olfactus*, *Gustus*, *Tactus*, Arist. 3. de Anim. c. 1.

§. 2. *Sensus interni* sunt, qui rerum sensibilium species non solum præsentes, sed & absentes percipiunt, cōsent, dijudicant, & diutius conservant.

§. 3. Differunt ambob (1.) ex parte *organorum*, quæ in exteriorib⁹ extra cerebrum posita sunt, interiores autem sunt in ipso cerebro. (2.) *Ratione ob-jectorum* Externi enim versantur circa objecta tantum præsentia, interni verò etiam circa absentia (3.) *Ratione modi cognoscendi*: exteriores enim percipiunt sua sensibilia *immediatè*, interiores autem *mediatè*, cum prævia cognitione externorum.

IV. *Visus est sensus externus, rei visibilis perceptivus.*

§. 1. *Visus accipitur hic nominaliter & distinguitur à visione, tanquam causa ab effectu.*

§. 2. *Objectum ejus appellatur τὸ ὀρατὸν, visibile, quod radiandi in se vim habet, estque τὸ χεῶμα, color, vel τὸ Φῶς, lumen.*

§. 3. *Medium, per quod fit visio, est διαφανές, perspicuum, quod non est visibile, nisi per colorem externum, Arist. 1, 2 de Anim. t. 68.*

§. 4. *Organum remotum est oculus, proximum verò humor crystallinus, quem Græci κόρη, Latini pupillam vocant.*

V. *Auditus est sensus externus, rei audibilis perceptivus, Arist. 1, 2. de Anim. c. 8.*

§. 1. *Objectum ejus dicitur τὸ ἀκουστόν, res audibilis, & est ὁ ψόφος, sonus.*

§. 2. *Medium, per quod sonus delatus auditur, est δινχῆς, resonans, nempe*

Aer & aqua: animalia enim tam in aere, quàm in aqua audiunt, in illo crebrius, in hac rarius.

§. 3. *Organum est auris, & principaliter auri implantata*, Horit. l. 1. de corp. hum. exerc. 10. q. 5.

VI. *Olfactus est sensus externus, odoris perceptivus*, Arist. l. 2. de Anim. c. 9. t. 99.

§. 1. *Ejus objectum est ὁσμή, odor*, Arist. lib. de Sens. & sensib. c. 5.

§. 2. *Medium, per quod odor percipitur, est διοσμός quasi odore infectum*, ut aer & aqua nam per illum aves, & per istam pisces etiā odorantur escas.

§. 3. *Organum commune est nasus, proximum autem duo processus mamillares, ab anterioribus cerebri ventriculis prodeuntes, nervis mollissimis non absimiles, & summo narium ossi objecti.*

VII. *Gustus est sensus externus, saporis perceptivus*, Arist. l. 2. de Anim. c. 10.

§. 1. *Objectum ejus dicitur ὁ χυμός, sapor*, Arist. l. 2. de Sens. & sensib. c. 4.

§. 2.

§. 2. Medium est spongiosa illa & prosa lingua caro, quæ plena est humiditate salivæ, cujus beneficio substantia nervosa saporibus percipit.

§. 3. Organum remotum est lingua, proximum sunt nervi, per linguam & palatum diffusi.

II. Tactus est sensus externus, qualitatum tactilium perceptivus.

§. 1. Ejus objectum generatim est τὰ ἅπλῃ, tactile, speciatim sunt qualitates elementorum primæ & secundæ.

§. 2. Medium, per quod Tactus fit, est cuticula corporis exterior.

§. 3. Organum sunt nervi, per totum corpus diffusi.

II. REGULÆ.

I. Τῶν καθ' ἑκάστων ἢ κατ' ὀνείργειαν αἰσθηνόσης. Sensus in actu positus, singularium est, Arist. 2. de anim. c. 5. c. 60. Ita visus. v. g. cum operatur, non cognoscit nisi hunc, i. e. singularem colorem, nem-

nempe Petri & Pauli, &c. Verum loquendo de *potentia sensendi præcisè*, talis ipsa est, ut pro objecto habeat non *sensibile hoc*, sed *sensibile*. Sic idem *visus* non est determinatus ad albedinem hanc neq; ad albedinem solum, sed adhuc *universalius* ad colorem, omnem, Scheibl. exerc. 19. reg. 10.

II. *Sensus* (organò rectè dispositò, medioq, legitimò) circa (proprium) *objectum sensibile* (in iusta distantia positum) non errat. Hæc enim requisita *simul sumpta* ad sensum, in actum deducendum, faciunt, quorum unum si deficit, *sensus* errare potest.

III. *QVÆSTIONES.*

I. *Utrum talpa, quia caret visu, non omnes sensus habet?*

R. *Talpa* non caret visu docet enim dissecutio, sub cutelatore oculos, quamquam imperfectiores, quib; tantum videt, ut discernere possit, quando est sub

terra, vel extra eam. Magir. lib. 6. Physiol. c. 7 p. 656.

II Annon oculi, quia in tenebris emittunt splendorem, per radiorum emissionem vident?

R. N. C. Nam quando oculi ex se splendorem emittunt, non habent rationem videntis, quia per hoc visio non fit, sed habent rationem objecti visibilis, quoniam emittunt splendorem, per quem receptum vident. D. Stahl. 1. 2. Instit. Phys. sect. 4 c. 5.

CAPUT. XVII.

DE

Sensibus Internis, Sensu communi,
Phantasia & Memoria, idemq, de
Facultate appetitiva & loco-
motiva.

I. PRÆCEPTA.

I. Sensus communis est sensus internus, omnium exteriorum sensuum species apprehendens, a se invicem discernens, & cognoscens, Arist. 1. 3 de Anim. c. 2. t. 144.

G

§. 1.

§. 1. Dicitur *sensus communis*, quia censet & dijudicat omnium sensuum externorum objecta.

§. 2. Hujus (1.) *objectum* est quævis species sensilis. (2.) *effectus* verò omnium exteriorum species apprehendere, à se invicem discernere, & cognoscere.

II. *Phantasia* est *sensus internus*, imagines rerum, à sensu communi acceptas & distinctas, diligentius examinans, diutius retinens, & ex iis alias elicicens, Arist. l. 3. de Anim. c. 2 t. 162.

§. 1. *φαντασία* deducitur ἀπὸ τοῦ φω-
τός à lumine, quod est in visu præci-
puum Plinius. 20 Hist. natur. c. 1.
vocat *imaginationem*, Einbildung.

§. 2. Hujus (1.) *objectum* sunt αἰσθη-
ματα h. e. imagines rerum, à sensu com-
muni acceptæ atq; distinctæ. (2.) *effe-
ctum* est, easdem rerum imagines di-
ligentius examinare, diutius retine-
re, & ex iis alias elicere.

III. *Memoria* est *sensus internus*, qui
species omnes sensibiles judicatas atq; cogi-
tas.

tas, tanquam depositum recondit ac servat, ut eas, cum opus fuerit, exhibeat. Arist. lib. de memor. c. 1.

§. 1. Memoria differt à recordatione, quòd illa brutis animantibus competat, solus autem homo reminiscendis facultatem habeat.

§. 2. Memoriz (1.) *objectum* sunt omnes species prateritæ, quæ sensibus perceptæ fuerunt, (2.) *Effectum* est, eas tanquam depositum recondere ac servare. (3.) *Finis* verò, ut easdem species, cum opus fuerit, exhibeat.

IV. *Affectiones sensuum sunt Somnus & Vigilia*, Arist lib de Somn. & Vigil c. 2.

§. 1. Somnus est naturalis cessatio sensus communis atq, exteriorum omnium, ut animalium salus virium restauratione, conservetur, Arist. lib. de Somn. & Vigil. c. 3.

§. 2. Ubi est (1.) *forma*, ním, naturalis cessatio sensus communis &c. quoniam hoc impedito, omnium exteriorum sensuū sequitur ligatio, ne possint in
G 2 suas

suas actiones incumbere, Arist. lib. de Somn. & Vigil c. 2. (2) *§. 2.* *ἐστὶν*, quod est *Cerebrum*. (3.) *Causa efficiens* sunt vapores humidī, qui ē vētriculo per venas ad cerebrum ascendunt, & meat⁹, per quos spirit⁹ animales excurrunt, obstruunt. (4) *Finis*, nempe *salus animalium*, in virium, per laborū vigiliās deperditarum, restauratione consistēs, Arist. lib. de Somn. c. 1. Ita verò excluditur *ἀνοήτεια*, quoniam est animalis

§. 3. In somno cōiungit *ἐνύπνιον*, Somnium. *Somnium* est visa imago ex imaginationis operatione exhibita, & dormientium animalium cerebro obversans, Arist. lib. de in Somn. c. 3.

§. 4. Dicitur *φάντασμα*, visa imago, quoniam sensibilia, dum sentiuntur, species quasdam imprimunt, & in sensu cōmuni relinquunt, quæ species reservatæ sunt materiæ somniorum.

§. 5. *Vigilia* est sensuum exteriorum operatio, quā calor & Spirit⁹, omnia in membra efful⁹, efficit, Arist. lib. de Somn. & Vigil. c. 1.

§. 6.

§. 6. *Causa efficiens* sunt tum calor *nativus*, qui resolvit vapores illos humidos, à quibus somnus fovebatur; tum *Spiritus animales*, qui antea in ventriculo detenti, ad sensoria libere rursus moventur.

V. Facultas appetitiva est vis animæ sentientis, quâ inclinatur animal ad bonum sensu perceptum.

§. 1. Dicitur aliàs *Appetitus sensitivus* cujus obiectum est bonum sensu perceptum; sive rêvera sive apparenter tantum bonum sit.

§. 2. *Appetitus* est duplex (1.) *Consciscibilis*, quo animal ad bonum aliquod jucundum fertur, Arist. l. 3 de Animal c. 10. t. 50 ut cum homo vel bestia esuriens aut sitiens cibum vel potum appetit, vel etiam Venerem. (2.) *Insciscibilis*, quo animal fertur in bonum aliquod, sine difficultate & labore acquiri nequiens; ut cum taurus uncis cornibus hostem petit, aut quodvis animal ulcisci malum sibi illatum cupit.

§. 3. Appetitum insequitur Affect⁹:
*Affect⁹ est motus appetitivæ virtutis,
 à cognitione objecti excitatus, illud-
 q; aut prosequens aut fugiens, ut gau-
 dium, amor, spes, tristitia, metus, ira, odi-
 um, pudor, zelus, & mixta permixta.*

§. 4. Appetitus causa efficiens exter-
 na est objectum aliquod extrinsecum, quo
 cognito sensus movetur, interna verò
 facultas appetitiva, quâ, quæ nobis ob-
 jiciuntur, prosequimur aut fugimus.

*VI. Facultas locomotiva est vis ani-
 mæ sentientis quâ animal de loco in locum
 movetur, ad bonum, ex sensu cognitum, ac-
 quirendum, & malum declinandum.*

§. 1. Quod movet, ut efficiens, est
*ἔφεξις, appetitus, & ὄρεξις, mens, ita ta-
 men ut mens sub se etiam phantasiam
 comprehendat.*

§. 2. Quod movet, ut finis, est ὁρε-
*ξιὸν objectum cognitum, quod vel desi-
 deratur vel repudiatur: ejus enim
 vel prosequendi vel fugiendi causâ
 animal mutat locum.*

§.3 *Quod movetur, est animal, idq; vel secundum se totum, vel secundum aliquam sue partem, à naturâ ita conditâ, ut apta sit ad motum. Arist. l. de motu anim c. 1. Sic homo graditur, avis volat.*

II. REGULÆ.

I. *Sensus interiores sunt, sedibus disclusi.* Nam sedes sensûs communis est anterior, phantasia media, memoria, postrema, cerebri pars.

II. *Affectus sunt naturales.* Cum sint à natura insiti ad aliquid boni appetendum, & ad aliquid mali fugiendum.

III. QUÆSTIONES.

I. *Annon Sensus communis & Phantasia, quia idem habent objectum, nimirum Sensibilia per sensus exteriores percepta, etiam idem sunt?*

R. Licet idē habeant objectum materiale, non tamen formale, quia non eodē sed alio modo circa illud versantur. Sensus n. communis per sensus exteriores immutatur ab illo objecto, at Phantasia mediante ipso sensu communi.

II. Quomodo Memoria dicitur sensibileum tamen objectum non percipiat?

R. Memoria non prorsus destituitur facultate percipiendi quia nisi acciperet rerum imagines & species, easdem conservare non posset.

CAPUT XIX.

DE

Anima Rationali.

I. PRÆCEPTA.

1. *Ὅτι μόνον τῆς ψυχῆς, ὡς γινώσκῃ τε ἡ ψυχὴ καὶ φρονεῖ. Mens est pars animæ, quæ & cognoscit animæ & sapit, Arist. l. 3. de Anim. c. 4. t. 1.*

§. 1. Breviter: *Anima rationalis est anima hominis, potens intelligere & velle. Dicitur rationalis à ratione, discursum implicante. nam vi animæ rationalis homo facultatē habet ratiocinandi.*

§. 2. In definitione generis locū ponitur anima, Græcè ἐντελέχεια ἀκίνητος & perfectus, nempe forma hominis, ab Aristotele pars animæ, voce paritate sumpta, pro gradu vel facultate. Differentiam dicit posse intelligere & velle.

II. *Anima rationalis facultates duæ sunt: Intellectus, & Voluntas*

§. 1. *Intellectus est facultas animæ rationalis, res intelligibiles intelligēs, apprehendens & dijudicans, Arist 1. 3. de Anim. c. 4. & 8. Ejus objectum sunt res intelligibiles, quæ per species recipiuntur: actiones verò intelligere, apprehendere & dijudicare.*

§. 2. *Mentis operationes sunt tres, docente Arist 1. 3. de Anim. c. 6. t. 21. (1) Simplicium apprehensio, quādo intellectus undē unam rem concipit, v. g. (cælum) hominē, vel in homine corpus, &c. (2.) Simplicium compositio & divisio, quādo intellectus unum simplicem conceptum de altero in enunciatione affirmat vel negat, ut si concipiat, hominē esse animal, aut hominem non esse lapidem (3.) Discursus, quando intellectus à noto ad ignotū progreditur, ut dum facit Syllogismū, aut ordinat partes disciplinæ, præceptum notis semper præponens, ab eoq; ad ignotius progrediens,*

§. 3. *Voluntas* est facultas animæ rationalis, res ab intellectu apprehensas & judicatas vel appetens, vel adversans.

§. 4. Arist. 1. 3. de Anim. t. 50. eam vocat *appetitum rationalem*, quia tantum animæ rationalis propria est facultas.

§. 5. *Objectum voluntatis* est bonum in genere, à præcedanea intellectuus cognitione monstratum, *actiones* autem ejus sunt *velle* & *nolle*: volumus bona, nolumus mala.

II. REGULÆ.

I. *Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu.* Hic id nō dicitur, nihil cognoscī intellectu, quin idē sēsu noscatur, sed in rebus etiam illis, quæ sensu non cognoscuntur, inquirēdis & explicādis, aliqua sensu nota supponēda esse. Sic Deū esse nullo modo sensu percipitur, sensum nulle, & omnia sensilia longissimè excedit effectus tamē, quibus demonstratur, Deum esse, in sensu incurrūt, Horn 1 de proc. dis. c. 6. n. 2.

II. *Voluntas (formaliter) est libera.* De se n. unam & eandē rem potest amare

& odiffe *materialiter* verò & *extrinsecè* potest cogi. Ita homo per vim rapi aliquò potest, sed ut hoc rapi sit ex ejus voluntate, fieri nequit. Nam si voluntarium, id jam violentum esse desuit.

III. QVÆSTIONES.

I. Utrum *anima rationalis*, quia est *sine corpore formato*, non est *forma*?

R. Anima, *quatenus est forma*, nunquã est *sine formato corpore* quando n. exit è corpore, non obtinet ampli⁹ *rationem formæ*, sed *simpliciter est substantia spiritalis*; *Forma* autem est, quando *materiæ formandæ* conjungitur.

II. Quomodo *appetitus rationalis* ab *appetitu sensitivo* differt?

R. Differt (1.) *objeclò* quia illi⁹ *objectũ* est bonũ in genere, ab omni materia separatũ, hu⁹ 2. *objectũ* est particulare bonum, & quidẽ cum materia conjunctũ. (2.) *Adjunctò* nã ille liber est ad nolle & velle, hic verò necessari⁹ est nec istam libertatem habet. *Magis. Com. in Physiol. lib 6. c. 2. op. 841.*

SOLI DEO GLORIA.



INDEX I. CAPITULUM.

PROLOGUS DE DEFINITIONE & PARTIBUS PHYSICÆ.

PARTIS COMMUNIS.

CAP 1. de Corpore naturali, & natura.

2. de Communibus corporis naturalis principis.

3. de Communibus corporis naturalis affectionibus.

PARTIS PROPRIÆ.

Cap. 1. de Mundo, & Cœlo.

2. de Elementis.

3. de Elementorum qualitatibus.

4. de Mixtione, temperamento, & corporibus mixtis in genere.

5. de Meteoris.

6. de Metallis.

7. de Lapidibus.

8. de Mediis mineralibus.

9. de Plantis.

10. de Animalibus, ejusque speciebus.

11. de partibus contentis.

12. de

INDEX.

12. de partibus continentibus simila-
ribus.
13. de partibus dissimilarib⁹ externis.
14. de partib⁹ dissimilarib⁹ internis.
15. de Anima in communi, & in spe-
cie de anima vegetante.
16. de Anima sentiente, & in specie
de sensibus externis.
17. de Sensibus internis.
18. de anima rationali.

INDEX TERMINORUM.

A.

A cretio p. 20. § 4.	Anima sentiēs p. 134
Adeps. p. 108.	Anima rational 148
Aer. p. 34. Ejus tres	Appetit ⁹ sensitiv ⁹ 145
regiones ibid.	Aqua 35
Affectus 147.	Aquilo. 75
Alteratio p. 20. § 6	Argentum vivum 84
Amygdalæ. p. 113	Arbor. 94
Anim. 96 et ⁹ spec. 97.	Arteriae 108
Anima in communi	Auster 75
p. 125.	Aethrix facultas 129
Anima vegetas p. 129	Auditus 137

INDEX.

<i>Auris</i>	112	<i>Cutis</i>	109
<i>B.</i>		<i>Cubitus</i>	117
<i>Brachium</i>	117	<i>D.</i>	
<i>C.</i>		<i>Dentes</i>	113
<i>Casus</i>	pag. 15	<i>Diaphragma</i>	123
<i>Celidum</i>	40	<i>Dorsum</i>	115
<i>Capra saltantes</i>	60	<i>Draco volans</i>	62
<i>Cartilago</i>	107	<i>E.</i>	
<i>Caro</i>	108	<i>Eclipsis</i>	29
<i>Caput</i>	111	<i>Efficiens</i>	12
<i>Cerebrum</i>	123	<i>Elementum</i>	32
<i>Corpus naturale</i>	5	<i>F.</i>	
<i>ejus principia</i>	9	<i>Facies</i>	112
<i>Cælum</i>	27	<i>Favonius</i>	75
<i>Corruptio</i>	50	<i>Fax</i>	58
<i>Cometa</i>	56	<i>Femur</i>	118
<i>Cholera</i>	102	<i>Fibra</i>	108
<i>Cranium</i>	111	<i>Finis</i>	21
<i>Collum</i>	114	<i>Finitum</i>	13
<i>Costæ</i>	115	<i>Frigidum</i>	41
<i>Coxendices</i>	116	<i>Forma</i>	11
<i>Cor</i>	123	<i>Fortuna</i>	14
<i>Clavicula</i>	115	<i>Fons</i>	71
<i>Crus</i>	118	<i>Flumen</i>	72

Ent.

INDEX.

Fulmen	57	Ignis lambens	64
Fulgur	58	infinatum	12, 22
Frontex	94	Intestina	121
G.		Intellectus	149
Galaxia	18	Iris	79
Glacies	70	L.	
Grando	67	Lancea ardens	62
Generatio stirps	19	Lapides	87
Gen	112	Latus	20
Gena	112	Lien	121
Gula	120	Ligamentum	107
Gurgulis	113	Lingua	113
Gustus	138	Locus	22
H.		Locomotiva facult.	
Halo	78	tas	146
Herba	94	M.	
Hiatus	78	Manus magna	117
Humor	99	Manus parva	ibid.
Humidum	41	Mare	72
I.		Materia	10
Jaculum	59	Media mineralia	90
Jecur	121	Melancholia	106
Ignis	33	Memoria	143
Ignis fatuus	63	Membrana	107
		Mes	

INDEX.

Metallum	p. 8,	Ossa	107
Meteorum quid	5	P.	
quoduplex	53.54	Palatum	113
Mesenterium	121	Phantasia	142
Mexico	47	Pareus	80
Mixtum corpus	48	Paraseleno	81
Mors	131	Planta	92
Motus	17	Pituita	101
Mundus	p. 26	Physica ejus partes	
Musculi	115		1. 2
N.		Pes magnus	117
Nates	p. 116	Per parvus	118
Natura	6	Pectus	114
Nasus	112	Procreatrix	facul-
Nebula	69	tas	130
Nervus	107	Procella	76
Nix	66	Prester	ibid.
Nubas	67	Pruina	69
Nutrix facultas	118	Pluvia	66
O.		Putrefactio	50
Oculus	112	Pulmo	123
Olfactus	238	Q	
Olus	94	Qualitates prima	39
Os	112	Secundae	43
		Ter-	

INDEX.

<i>Tertia</i>	44	<i>T.</i>	
<i>Quies</i>	21. § 8	<i>Tactus</i>	139
		<i>Trabs</i>	60
<i>R.</i>		<i>Tempus</i>	24
<i>Renes</i>	112	<i>Temperamentum</i>	47
<i>S.</i>		<i>Terra motus</i>	77
<i>Sanguis</i>	p. 100	<i>Terra</i>	36
<i>Scapula</i>	116	<i>Tonitru</i>	57
<i>Sensus</i>	135	<i>Turbo</i>	76
<i>Sensuum exteriorum</i>		<i>V.</i>	
<i>& interiorum</i>		<i>Vacuum</i>	p. 23
<i>differentia.</i>	156	<i>Vena</i>	108
<i>Sensu communis</i>	141	<i>Ventus quid & quomodo</i>	
<i>Siccum</i>	42	<i>implex? 73. seq.</i>	
<i>Seineilla volantes</i>	59	<i>Venter</i>	116
<i>Spiritus</i>	103	<i>Ventriculus</i>	120
<i>Spina</i>	116	<i>Vesicula fellea</i>	122
<i>Stella</i>	28	<i>Vigilia</i>	144
<i>Stella cadens</i>	61	<i>Visus</i>	137
<i>Somnus</i>	143	<i>Virga</i>	80
<i>Subsolannus</i>	74	<i>Vita</i>	130
<i>Sulphur</i>	84	<i>Voluntas</i>	150

INDEX III. REGULA-
RUM.


1. **R**erum naturalium datur perfecta
scientia. pag. 30
2. Quicquid verum est in Physica, id nullo
libi falsum. ibid.
3. Corpus naturale est ortus & interitus
expers. 7
4. Natura nihil facit frustra. ibid.
5. Forma educitur à potentia materia 16
6. Privatio est quadam negatio. ibid.
7. Omnis motus fit successivè. 25
8. Omne ens finitum est in loco & tempo-
re. ibid.
9. Mundus cæpit fieri 30
10. Corpora cælestia influunt in hac infe-
riora. ibid.
11. Elementa sunt pura 37
12. Elementa sunt rotunda. ibid.
13. Omnes Elementorum qualitates pri-
mae sunt activæ. 44
14. Qualitates primæ sunt elementorum
differentiæ 45
15. E

INDEX.

15. Elementa sunt in misto 51
16. Unius generatio est alterius corruptio. ibid.
17. Fumus & vapor sunt halitus frigidi & calidi 82
18. Ignis, aer exhalari nequeunt. ibid.
19. Lapides formis differunt. 88
20. Gemmae ex terrae materia constant. 89
21. Mineralia multum inter se sunt diversa. 91
22. Formae mineralium est sui multiplicativa ibid.
23. Plantae amant & oderunt 49
24. Plantae natalibus locis delectantur 95
25. Sol & homo generant hominem 98
26. Omne animal, quamdiu saluum fuerit, nutritur. ibid.
27. Sanguis est frigidus 104
28. Spiritus in dissitas partes influit sine penetratione dimensionum. 105
29. Adeps & sebum differunt 109
30. Generatio sanguis opus est non venarum, sed epatis. ibid.
31. Quod

INDEX

- | | |
|---|-------|
| 31. Quodcumque membrum natura est, licet aliquando visu expers probri | 118 |
| 32. Tot costae sunt in viris, quot in mulieribus | 119 |
| 33. Epar diversos producit effectus | 124 |
| 34. Epar diversos producit effectus | 124 |
| 34. Sensus promanat a cerebro | ibid. |
| 35. Anima est primum subiectum omnium facultatum. | 131 |
| 36. Generatio solius viventis est. | 132 |
| 37. Sensus in actu positus, singularium est | 139 |
| 38. Sensus circa objectum sensibile non errat | 140 |
| 39. Sensus interiores sunt sedibus discussi | 147 |
| 40. Affectus sunt naturales, | ibid. |
| 41. Nihil est in intellectu, quin prius fuerit in sensu | 150 |
| 42. Voluntas est libera. | ibid. |



INDEX IV, QVÆSTIONUM.

1. **A** Nnon Physica, quia excitat voluntatem nostram ad amorem causa prime, scientia est practica? 4
2. Verum modus considerandi, quatenus naturale, quia equalis est rei considerata, corpori naturali, eam ipsam non contrahi? ibid.
3. Annon corpus mobile est subiectum Physice? 8
4. Quomodo natura est principium motus et quies sint contraria? ibid.
5. Quomodo corpus naturale fit ex privatione, cum illo existente hoc pereat? 16
6. Cur in Physica agitur de causa per accidens, cum nulla scientia agat de eo, quod est per accidens? 17
7. Quomodo Quies est privatio motus, cum tamen sit eius perfectio? 25
8. Verum Tempus est æternum? 26
9. An mundus est animatus? 31
10. Estne homo sole prestantior? ibid.

INDEX.

11. *A quonam Elementa moventur sursum, vel deorsum?* 38
12. *Annon ignis est elementum grave, quod in candela descendat?* 38
23. *An n. lux aetherea, quia corpora sublimare a calefacit, etiam prima est qualitas?* 45
14. *Quomodo nos scire possumus esse terras qualitateas, cum sint occulta?* 46
15. *Quomodo mixtio & mixti generatio differunt?* 52
16. *Quo pacto calor internus à calore extraneo corrumpitur, cum tamen hic illum non agat?* ibid.
17. *Siccine Cometa, quia diu durat, non est corpus imperfectè mixtum?* 83
18. *Quomodo terra motus est meteorum, cum non in aere generetur?* ibid.
19. *Quomodo frigiditas est causa generationis, cum sit causa corruptionis?* 89
20. *Annon Magnes, quia attrahit ferrum, est animatus?* ibid.
21. *Itane medea mineralia, quia generantur, vivunt?* 91

INDEX.

22. Quo pacto Sal inter corpora naturalia
reconsetur, cum aëre fiat? 91
23. Annon plantæ, quia sexus distinguun-
tur, sensu præditæ sunt? 95
24. Vtrum plantæ aliqua spontè sine semi-
ne oriuntur? ibid.
25. Annon bruta quadam, quia delirant,
intelligunt? 95
26. Itane pisces, quia per brachias spirant,
respirant? ibid.
27. Num humor & Spiritus rectè inter
partes animalis recensentur? 105
28. Cur Melancholicos Aristoteles dixit
ingeniosos? ibid.
29. Vtrum ossa sentiunt? 110
30. Quomodo arteriæ à venis differunt? ib.
31. Vtrum dens sentit? 119
32. Cur costæ aliquæ dicuntur spuræ, cum
omnes sint, veræ? ibid.
33. Quomodo secur solius sanguinis officina
est cū & reliquos humores gignat? 124
34. Annon cerebrum, quia aliis membris
sensum communicat, ipsum etiam sen-
sit? 129
35. Ca.

INDEX.

35. *Cur Arist. Animam in communi defini-
vit per vivere, sentire & intelligere, cum
& sentire & intelligere sit vivere?* 132
36. *Utrum generatio, quia est ob specierum
conservationem, etiam sit ob interitum
individuum humanorum?* 133
37. *Utrum talpa, quia caret visu, non o-
mnes sensus habet?* 140
38. *Annon oculi, quia in tenebris emittunt
splendorem, per emissionem radiorum
vident?* 141
39. *Annon sensus communis & Phanta-
sia, quia idem habent objectum, idem
sunt?* 147
40. *Quomodo memoria dicatur sensus,
cum objectum non percipiat?* 148
41. *Utrum anima rationalis, quia est sine
corpore formato, non est forma?* 151
42. *Quomodo appetitus rationalis ab ap-
petitu sensitivo differt?* *ibid.*

F I N I S.



VIR

*Generosâ proſapiâ, natali
ſplendore, raraq; eruditione emi-
nentiffime-nobiliffime*

DN. JOANNES à BIBRA,
Hæreditarie in Jrmelshau-
ſen/ &c. Patrone honora-
tiſſime.

BEâſti me, quod ſcri-
pſeras, quod verè amicè ſcripſe-
ras, in Deum reposuiſti. Nam à
quo poterat ſperare PRUCNERUS li-
teras tanto humanitatis ſalè conſper-
ſas? Illi unus is es proſectò, à quo id
poteram ego quem natura ita ad hu-
manitatem finxit, ut in humanitate
tua eluceat, inſignis charitas, ſic ad
charitatem formavit, ut in charitate
tua emineat ſingularis amor, ſic ad
amorem inflexit, ut in amore tuo eni-

PRÆFATIO.

teat incredibilis ardor , quibus me omnibus , quod complexus es , & humanitate Evangelicum , & charitate Ecclesiasten , & amore clientem (ut reliqua taceam ,) felicitatis me numeros explevisse arbitror. In gratitudinis ergo τεκμήριον haud fucatum , Compendium hocce ETHICÆ , in lucem primum editum , nobilissimo Nomini tuo dicatum , consecratum , benigna fronte suscipe , meq; favore tuo verè amabili amplius dignare. Ita diutissimè vive , optimèq; vale. Dabam è Museo meo Calendis Maij Anno Epoches Christianæ M.DC. LXII



Συνὴ τῶ Θεῷ.

COMPENDII ETHICES

I PROLOGUS,

De

ETHICÆ Definitione
& Divisione.

I. PRÆCEPTA.

*ETHICA est prudentia hominem sua
virtutibus informans, ut summo
fruaturs bono.*

§. I.

ETHICA deducitur ἀπὸ τῶν
ἠθῶν, à moribus, quia totam homi-
nis vitam moribus, bonis videlicet,
rectissime informat.

§ 2. Vocabulum ETHICÆ hîc su-
mitur specialiter, pro prima Philosophia

A 3

pra-

practica parte, quæ generalia de Summo Bono & Virtute præcepta tradit: generaliter enim accipitur pro tota Philosophia practica Sagittar Exerc Ethic Exot. I. I. thes 1. p 10

§ 3. Aliis nominibus nuncupatur (1.) *Philosophia moralis*, quòd modum informandi mores, vitamque moratam instituendi tractet. (2.) *Doctrina civilis*, quia omnia sua præcepta eò dirigit, ut tandem homo in societate civili quàm honestissimè vivat. (3.) *κατ' ἐξοχὴν Philosophia*, quòd hæc illius *Pars* tam eximia & nobilis sit, ut meritò nomen *Totius* præter cæteras sibi vendicet.

§ 4. In definitione *ETHICÆ* genus est *prudentia*, quia tota Philosophia practica est ille ipse prudentiæ habitus, in quo omnes ejusdem partes, nempe *Ethica, Politica, Oeconomica*, conveniunt.

§ 5. *Differentiam* absolvunt (1) *Subjectum*, puta *homo*, quatenus civiliter beandus, hoc est, quatenus bono privatus, eidemq; recipiendo aptus est. (2.)

Finis, tum internus, *hominum virtutibus informare*, id est, intellectum hominis instruere, quomodo is appetitum regere possit ac debeat tum externus, *Summum Bonum*, hoc est, summa hac in vita felicitas.

II ETHICÆ partes duæ sunt: *Ὀδαιμολογία* una, altera verò *Ἀρετολογία*.

§. 1. *Εὐδαιμολογία* est, quæ agit de *Summo Bono*, ceu fine.

§. 2. *Ἀρετολογία* est, quæ tractat de *Virtutibus*, mediis quippe ad *Summum Bonum* ducentibus.

II. REGULÆ.

I. *Qui pessimè vivit, Ethicus (proprie loquendo) non est.*

Licet Ethicæ scientissimus sit Hoc enim interest inter Ethicum verè ita dictum, & alterum, qui cognitionem tantum præceptorum Ethicorum habet, & interim improbus est, quòd ille, ubi fert occasio, rectè agere queat, & rectè etiam agat,

8 *Compend Ethic prolog*

agat; *hic* verò nec rectè agat, nec rectè agere possit B *Hornej.* lib 1 Doctr. moral. cap 2 num 2 p 17.

II. *Quod in Ethica verum est, id (rectè intellectum) in Theologia falsum non est*

Quandoquidem inter verum & verum non est pugna Sic Theologus denominationem justitiæ interioris, de qua Ethicus, etiam ex habitu perpendit: alia autem ratio est de justitia exteriori, de qua Theologus agit. *Horn* lib 3 Doctr. moral. cap 13 num 31. pag. 224. seq. Confer *Sagittar.* exerc. exot. Ethic. I. thes I. pag 2 seqq.

III. *DUBIA*

I. Annon *Philosophia moralis, quia ab Ethnicis* provenit, ex scholis Christianorum eliminanda est?

R. Hoc ex illo non sequitur ab Ethnicis enim provenit, non quia Ethnicæ sunt, sed quia luce naturæ imbuti, & liberali disciplina instructi, DEUS verò na-

turalibus non contrariatur, utpote quorum ipse autor est, Scalig. de Subtilit. ad Cardan. exerc. 278.

II. Siccine *morales Ethnicorum actiones*, cum ex fide non sint, peccata sunt si quidem quod ex fide non est, peccatum est. Rom. 14 v. 23.

R. Opera hominis sunt duplicia: alia vocantur *opera ex complacito*, alia *ex congruo*. Quicquid igitur fit, tanquam opus ex complacito, absq. fide in spiritualibus, est peccatum, propterea quod actiones hominis spirituales fidem, tanquam fundamentum suum, requirant, ut fiant secundum præscriptum legis divinæ At verò, quod fit, tanquam opus ex congruo, etsi ex fide, quæ in homine Christiano requiritur, non fiat, non dicitur esse peccatum, si modò fiat secundum præsceptum legis naturæ Roman 2. v. 14. Aids. Comment in Ethic. Aristot. ad Nicomach. proleg. membr. 6. obj. 2. p. 14.

II. ΕΤΗΙCΑΕ ΕΡΓΑΣΙΑ.

CAP. I.

De Summo Bono, ejusq; Affectionibus, & Opposito

I. PRÆCEPTA.

I SUMMUM BONUM non est (1) κατὰ σῶμα ἡδονή, *Corporis voluptas*,
(2) ὁ πλεῖστος, *Divitiæ*, (3) ἡ τιμή, *Honor*; (4.) ἡ ἰδέα, *Idearum contemplatio*, (5) ἡ τῆς ἀρετῆς ἔξις, *Virtutis habitus*, *Arist. lib. I. Ethic. Nicom cap 4 5 6.*

§.1 **N**ON *Voluptas corporis*, quippe quæ homini cum brutis communis est, Felicitas autē homini propria.

§ 2. Non *Divitiæ* eæ enim non per se expetuntur, sed ejus, quem in vita hac præstant, usûs gratiâ.

§ 3. Non *honor* quia ille non est in potestate ejus, cui defertur, sed illius, qui eum alteri defert.

§.4 Non *Idearū contemplatio*, cum & mali ideas speculari valeant. at nos quærimus *Bonum practicum*, non *speculativū*.

§.5.

§ 5. *Non Virtutis habitus, utpote quā inesse potest otioso, & dormienti, quibus tamen non competit Summum Bonum. Itaq, hoc ipsum in ipsa virtutis actione consistit.*

II. *Εὐδαιμονία ὅτιν ἐνέργεια ψυχῆς λογικῆς κατ' ἀρετὴν δέξινω ἢ τελειοτάτῃ ἐν βίῳ τελείῳ. BEATITUDO est operatio animæ rationalis, secundum virtutem optimam & perfectissimam in vita perfecta Aristot. lib. 1 Ethic Nicom. cap 7.*

§ 1. *Definitum est εὐδαιμονία, deducta ab εὖ, bene, & δαίμων, quasi δαήμων, sciens, Plat. in Cratyl. à bono demone Dicitur & μακαρισμός, Beatitudo, ab adjuncta lætitia Item Felicitas, puta civilis, adeoque præsentis, non futura vitæ. Ac Summum Bonum, quia ad id cætera omnia, quæ ad mores pertinent, referuntur, ipsum verò alio nusquam. Horn lib. 1 Ethic cap 3. num. 8 p 34.*

§ 2. *Definitio constat genere & differentia. Genus exprimit Summum Boni for-*

mam, quæ est *operatio*, nos intrinsecus perficiens, distincta; ab *habitu* & *otio*

§ 3. Differentia petitur (1) à *Subiecto inadequato*, puta *animarationali* nam *adequatum* est *homo*, quippe in quem cadit *Summum Bonum*, per & propter *animam rationalem*. Illâ verò particulâ excluduntur actiones tum *corporis*, tum *bestiarum*. (2.) A principio *instrumentali*, quod est *virtus optima & perfectissima*, hoc est, *σοφία* & *complexus omnium virtutum in summo gradu constitutarum*, ut distingvatur ab actionibus, vel *vitiô* vel *sine habitu virtutis elaboratis*. (3) A *tempore*, estq, *vita perfecta*, quæ exposcit perfectionem tum *ætatis*, ut excludantur *pueri*, tum *durationis*, quia una atq, altera virtutis actio neminem efficit beatum. *Peccolom grad. IX. Philosoph. moral c 27-29 p. 811-817. Aid. Comment in Ethic. Arist lib. 1. c. 6. quæst 5. pag 53 55*

III SUMMI BONI *Affectiones sunt primariae vel secundariae.*

§ 1 *Primariae sunt (1.) animi voluptas, quâ homo suaviter acquiescit in exercitio virtutum. Hæc sub se tria bona complectitur, bonam conscientiam, tranquillitatem mentis, & letitiam cordis. (2.) Corporis sanitas* oportet enim, ut & corpus valeat, & alimentum cæteraque suppetant. *Arist 1. 10 Ethic Nicom c. 8.*

§ 2. *Secundariae sunt, quæ in externis bonis consistunt, ut bona fama, honor, amici, divitiæ, ut quæ instrumenta quasi sunt, & materia actionum virtuosarum, sine quibus actiones illæ perfici nequeunt.*

IV. SUMMI BONI oppositum est MISERIA. *Arist. lib. 1 Ethic. Nicom c. 10.*

§ 1 MISERIA est actio animæ rationalis improba, ex perfecto vitio prodiens, in vita perfecta

§ 2. Ubi definitum est MISERIA presentis vitæ, non seculi futuri, nec in adversa fortuna aut valetudine, sed in animi improbitate, ex perfecto vitio procedente, in vita perfecta consistens; id quod ex Summi Boni declaratione facile con-

14. *Comp. Ethic c. 1 de Summ Bon.*

stare potest: contrariorum enim eadem est disciplina *Piccolom.* grad. IX. *Philos. de Morib.* cap 49. p 876. seq.

II REGULÆ

I. *Homo* (secundum quid pro tempore determinato consideratus) *in hac vita potest esse beatus.* Arist. lib. 1. *Ethic. Nicom* cap 11.

Quia formalem Beatitudinis rationem, nempe virtuosam actionem, in homine dari posse non implicat. Non verò absolute, cum ad summam Beatitudinem requiratur in actionibus perseverantia & constantia usq, ad extremum vitæ habitum, & mors etiam vitæ secundum virtutem antea actæ, respondens *Piccol.* grad. IX. *Philos de morib.* cap. 29 p 829.

II Ο εὐδαιμόνων ὁ δὲ ποτὲ ἀθλιῶν γένοιτο. *Felix* (propriè talis) *nunquam miser.* (moraliter) *efficitur.* Arist. lib 1 *Ethic. Nicom* cap 10.

Hoc est, *vitiōse non agit*, licet propter adversitates possit esse *non beatus*, populariter loquendo, id est, non exer-

cere actionem virtuosam *Piccolom* grad.
IX. Philos de Morib. cap 46. p 859 seq
Ald Comment. in lib. I. Ethic. Arist. ad
Nicom cap. II. quæst 4 p 138.

III. DUBIA.

I. Quæ *Felicitas* in virtutis actione, ut
quæ impediri & mutari potest, consistit?

R. Consistit in virtutis actione, non
transeunte, quæ impediri & mutari pot-
est, sublatis objectis; sed immanente,
quæ est perfecta benè operandi intentio,
& talis nec impediri nec mutari potest.
Cas lib 1. Specul moral. p. 27.

II. Utrum *Summum Bonum* recipit
magis & minus?

R. Ratione *sui* nec augeri nec minui
potest, quia tunc in gradu excellentissimo
sumitur; potest verò ratione *Subiecti*,
cui inest. Is siquidem, qui plures & præ-
stantiores edit operationes virtutis, feli-
cior est eo, qui pauciores, cum ille pro-
pius ad perfectissimam Summi Boni ef-
sentiam accedat, quàm hic.

CAP.

CAP. II.

De VIRTUTIS definitione, divisione, & opposito, VITIO.

I PRÆCEPTA.

I. VIRTUS est habitus animi, quo vir bonus efficitur, ad munus suum bene ac laudabiliter obeundum. Donaldson. lib 2. Synops. Phil moral. c 1.

§ 1. **D**efinitum est VIRTUS, sic dicta a VIRO, Cicer lib 1 Tuscul qq eò quòd maximè viro digna sit. Græcè nuncupatur *ἀρετή*, ἀπὸ τοῦ Ἄρεος, à Marte, id est, bello, quia in bello virtutis vis præcipuè elucet. Germanicè vocatur *Tugend* / à *tügen* / h. e. *polere* in quo enim virtus est, is plurimùm pollet

§ 2. *Virtus* accipitur heic *speciatim* pro habitu, intellectum & appetitum hominis perficiente: *generatim* enim significat efficaciam, facilitatem & operationem cujusq, rei, ut virtute fœniculi acuuntur oculi,

§. 3. In *Virtutis* definitione genus est *habitus animi*. *Habitus*, inquam, quia crebris actionibus virtuosus acquiritur: *animi* verò, ut distingvatur ab habitu corporis, v. g. ab arte citharisandi, saltandi, &c

§ 4 Differentiam *Virtutis* absolvunt sequentia. (1.) Subjectum, quod est vir, hoc est homo, virtutis quippe capax. Subjectum enim quod est anima rationalis (2) Effectum, nempe bonum efficere (3) Finis, ut homo munus suum bene ac laudabiliter obeat.

§ 5 Aristot lib. 2 Ethic. Nicom c 1. τὴν δρετὴν, Virtutem in communi dividit in ἠθικὴν, moralem; & διανοητικὴν, intellectualem

II. Ἡ δρετὴ ὅτιν ἐξίς μετριοεικὴν, ἐν μεσότητι ὄντα, τῇ πρὸς ἡμᾶς ὀρεισμένη λόγῳ, καὶ ὡς αὖν ὁ Φρόνιμος ὀρίσειε VIRTUS est habitus electivus, in mediocritate illa, quæ secundum nos est, consistens, ratione recta definitus, & ut vir prudens definitur.

Arist.

Aristot lib 2. Ethic. ad Nicomach.
cap 6

§ 1. Definitum est *Virtus* (1.) *naturalis* de *supernaturalibus* enim, Fide, Spe, Charitate, hic non agimus, cum medium non habeant, in quibus scilicet nunquam peccetur per excessum (2.) *Moralis* de *intellectuali* namq, virtute infra agetur.

§. 2. In definitione *genus* est *habitus*: sunt enim virtutes, sicut & vitia de genere *habituum*. Additur (1) *electivus*, ut secernatur à virtute *intellectuali*, quæ non est *habitus electivus*, cum in *voluntate* non resideat, sed in *intellectu*. (2) *In mediocritate consistens*, ita verò discriminatur à *vitiosis habitibus*, qui licet sint *habitus electivi*, non tamen consistunt in *mediocritate*, sed peccant in excessu vel defectu, atque sic virtutibus opponuntur. (3.) *Quoad nos*, ut sciamus, *mediocritatem virtutis* non esse *Arithmeticam & rer*, quasi æqualiter distare debeat à suis extremitatibus, sed *Geometricam & rationis*, prudenter judicantis, quid & quomodo

modo agendum sit. (4.) Ut vir prudens definiverit, quò nexus virtutum omnium moralium cum prudentia arctissimus dignoscatur, intelligamusq, nullam planè esse virtutem moralem, quæ non conformis sit Prudentiæ regulis. *Enstach. à S Paul. par. 3. Ethic. tractat 3 disput. 1. quæst. 1. p. 136. Racon. in Ethic. p 75.*

§. 3. Virtutis cause sunt actiones humanae morales, exq, libera ac deliberata, quia illæ ipse in Ethicis unicè informantur. Earum principia sunt: *Spontaneum*, cui *Inuitum* opponitur, *Electio*, *Consultatio*, *Voluntas*.

§. 4. Virtutis objectum propinquum sunt AFFECTUS, in quibus moderandis Virtus moralis occupatur, ut excessus & defectus resecet remotum enim, quod prius illud comitari plerunq, solet, sunt *Voluptas*, & *dolor*.

III Virtus moralis alia est perfecta, alia imperfecta, alia perfectissima.

§. 1. Virtus dicitur perfecta, quia ex habitu, qui perfectus est, perficitur, &

et-

versatur (1.) circa corpus hominis, ut *Fortitudo*, & *Temperantia*. (2.) Circa bona aut mala externa, nim. vel circa pecuniā, ut *Liberalitas*, & *Magnificentia*, vel circa honores, ut *Magnanimitas*, & *Modestia*, vel circa iram ut *Mansuetudo*. (3.) Circa conversationem, ut tres virtutes homileticæ, *Comitas*, *Veritas*, *Urbanitas*. (4.) Circa contractus, ut *Iustitia*.

§. 2. Virtus imperfecta est dispositio quædam & præparatio ad virtutem moralem perfectam, & ideo nuncupatur (1.) *imperfecta*, quia cupiditates nondum planè & plenè rationis fræno sunt subiectæ, uti in perfecta e contra se habet. (2.) *Semivirtus*, Piccolom grad 3. Philos de Morib. cap. 1. p. 235 eò quòd dimidiatam quasi viam ad veram & perfectam virtutem demonstret. Virtutes hæc distinguuntur ratione *objecti*, ut & virtutes perfectæ. Nam una earum versatur circa *voluptatem*, & dicitur *Continentia*; altera circa *dolorem*, & vocatur *Tolerantia*. Aid in Comm. l 7. Ethic. Arist. ad Nic. p 856, seq.

§ 3. Virtus perfectissima est VIRTUS HEROICA, virtutum quippe moralium eminentia.

§ 4. Virtuti morali affinis est AMICITIA: sine ea enim vita felix esse nequit. Arist. lib 8 Ethic. Nicomach c 1.

IV. VITIUM est habitus in vita eligende ea, quæ à mediocritate aberrant, sive id excessu sive defectu fiat. Horn l 3. de Philos. civil c 3 num 4. p 306

§ 1. Definitum est VITIUM, in genere morum, Græcis κακία dictum, v.g. injustitia, licet defectus, qui in rebus naturalibus & artificiosis reperiuntur, nonnunquam vitia nominentur Enstach à S. Paul par 3. Ethic. tract 3. disp. 3 quæst. 1. pag. 180

§.2 In definitione genus ponitur habitus, adduntur (1.) electivus: tùm demum enim Vitium adest, ubi consultò & planè deliberatò animò mala perpetrantur (2.) Ea, quæ à mediocritate aberrant, suntq; actiones pravae iteratae: omne enim Vitium deflectit à Virtutis

12 *Comp. Ethic. c. 2. de Virtut &c.*
mediocritate, quam vel excedit, vel ab ea
deficit.

II. REGULÆ.

I. *In medio (personæ) consistit Virtus.*

Quia nec excedit, nec deficit; non autem in medio rei, cum non æqualiter distet ab extremis: nam magis accedit ad unam extremitatem, quàm ad aliam, v. gr. Fortitudo ad Audaciam, quàm ad Timiditatem, Liberalitas ad Prodigalitatem, quàm ad Avaritiam, licet illa excedat, & hæc deficiat *Racon* in *Ethic* p 76.

II Οὐδεμία τῶν ἠθικῶν ἀρετῶν φύσιν ἡμῶν ἐγγίγεται. *Nulla moralis Virtus nobis à natura* (tanquam à causa proxima) *inest* *Arist* lib 2. *Ethic*, *Nicom* cap. 1.

Quia assvescere possumus ad Virtutis oppositum, nempe *Vitium*. at quod hoc modò à natura inest, ad oppositum ejus assvesci nequit, unde cum lapis deorsum tendit, quantumcunq; sursum impociatur, nullo modo assvescit sursum moveri. Quamquam *Virtus à natura*, tanquã *à causa remota*, inest nobis, hoc est, na-
tu-

turali inclinationi nostræ converit. neq;
enim est præter, multò minùs contrana-
turam.

III DUBIA.

I. *Suntne Ethnicorum virtutes bonæ?*

Re. Sunt bonæ civiliter. informant enim in vita civili mores hominum. Non autem bonæ sunt spiritualiter, quia non fiunt ex fide, nec personæ cum Deo sunt reconciliatæ.

II. *Utrum vitium morale homini à natura inest?*

Re. Inest, non actu, sed potentia. Etenim præcedit proclivitas quædam mala, per quam natura, quod inhonestum est, ad id fertur: à qua proclivitate ad malum oriuntur actus mali, qui, cum crebrò repetuntur, vitiosum habitum gi-
gnunt.

CAP III.

*De Principiis actionum humana-
rum.*

I PRÆCEPTA.

I. Τὸ ἐκείνόν ἐστιν, ὃ δέχῃ ἐν αὐτῷ εἰδόντα
τα

τὰ καὶ ἑκάστῳ ἐν οἷς ἡ πρᾶξις. *Spontaneum est, cuius principium est in ipso agente, sciente singula, in quibus est ipse actus. Arist lib 3 Ethic. Nicom. cap. 1*

§. 1. **E**κείον est ab ἐκὼν, quasi εἰκὼν, ab εἶκω, id est, credo, non repugno, Scapul in Lexic Græc col 465. *Spontaneum* verò dicitur à sponte, voce hac propriè acceptâ, adeò ut sponte operari sit operari cum appetitu cognitionem præsupponente, quomodo feræ sponte operantur. Nam operari sponte, voce hac metaphoricè sumta, est operari cum appetitu sine cognitione Sic lapis spontè descendit. *Piccolom. grad. 2. Doctr. moral, cap. 14. pag 169.*

§ 2 Ut verò actio dicatur spontanea, duæ requiruntur conditiones (1.) Ut principium sit internum, quâ particulâ opponitur *Inuito per vim*, seu actioni violentæ. (2.) Ut agens sciat singulas actionum circumstantias, quâ particulâ opponitur *Inuito per ignorantiam. Aid. Com.*

Comment. in lib.3. Ethic. Arist. ad Nicom. cap.3. p.266. *Horn.* lib.3. Doctr. Civil. cap.4. num.3. p.319.

II. Τὸ ἀναγκάσιον εἶναι, τὸ βίαιον, ἢ δι' ἀγνοίας γινώσκουσιν. *In vitium est, quod per violentiam, aut per ignorantiam admittitur.* Arist. lib.3. Ethic. ad Nic c.1.

§.1. Ἀναγκάσιον contractè dicitur pro ἀναγκάσιον, cui opponitur ἐκούσιον. *In vitium autem quasi admodum vitante & averfante animo.* ducitur enim ab IN augente, & VITO.

§.2. Ad *In vitium* formalitatem requiritur, ut id quispiam vel vi coactus, vel per ignorantiam admiserit.

III. Τὸ βίαιον εἶναι, ὃ δὲ χηρῆζωθεν τοιαύτην εἶναι, ἐν ᾗ μηδὲν συμβάλλεται ὁ ἑαυτοῦ πρᾶξις, ἢ ὁ πάθος. *Violentum est, cuius principium extrinsecus est, & tale quidem, ut nihil ad id conferat is, qui agit aut patitur.* Arist. lib.3. Ethic. cap.1.

§.1. *Definitum est βίαιον, VIOLENTIUM, ἀπὸ τῆς βίας, à vi sic dictum, & ab-*

solutè acceptum: Mixtum enim partim extrinsecus per vim, partim intrinsecus per voluntatem fieri videtur; quod cum quis tempestate exortâ merces in mare projecit, ad vitam suam redimendam.

§. 2. In definitione duæ ponuntur conditiones: (1) *Ut principium*, h. e. *causa efficiens principalis*, sit extra subiectum, cui vis sit, seu suo pte motu non agat; sic excluduntur *ursæ à naturalibus*, usque omnibus, quæ vi sua agunt. (2) *Ut id, quod proximè agit vel patitur, ad id non conspiret*, neque ei adiumentum præbeat, h. e. ut nec unâ agendo is adjuvet rem illam, nec voluntatem patiendâ adferat. Sic violentia est, cum vi quis manum tuâ arripit, eaque alterum pulsât. Prius est pati, posterius agere, sed ita ut utriusque rei principium extrinsecum sit, nec quicquam per se conferat ad eam agens aut patiens, *Piscodol. grad. 3. Doctr. de Philos. civil. cap. 15 pag. 170. Horn. lib. 3. Philos. civil. c. 4 num. 11. p. 135. sequenti.*

§. 3. Dicitur agens vel patiens diverso

respectu · nam ea ratione, quâ vim in se
suscipit, dicitur *patiens*; ea verò ratione,
quâ compulsus aliquid aliud agit, dicitur
agens.

IV. Τὸ δι' ἀγνοίας λέγεσθαι ἀκέραιον, τὸ ἐ-
πίλυπον καὶ ἐν μετὰ μελείᾳ. Invi-
tium per ignorantiam dicitur, quod
dolorem & pœnitentiam affert. Arist.
lib 3 Ethic Nicom. cap. 2.

§ 1. Hoc est, quod ob ignorantiam
fit, ita tamen, ut cum, qui fecit, postea
pœniteat. Ut cum ligna quis findit, &
stantem à tergo occidit, quem nesciebat
ibi stare.

§ 2. Intelligitur ignorantia tantum il-
la, quæ est in hominibus, quibus ratio con-
stat · nam aliàs etiam furiosi, amentes,
melancholici &c. ignorant, quid agant.
At verò actiones illæ propriæ humanæ
non sunt, quod nullus in ejusmodi ho-
minibus usus rationis sit.

§ 3. Non omnis ignorantia actionem
facit invitam, sed inscitia circumstantia-
rum, quam sequitur dolor & pœniten-

28 *Comp Ethic c 3 de Primo act hum.*
tia Piccol grad 2. Philos moral. cap. 22.
p 166. Aid. Comment. in Ethic, Arist.
lib 3 c.2. axiom. 1 pag. 264. Horn. lib. 3.
Philos. moral. cap 4 n 12. p. 338. seq.

V. Ἡ προαίρεσις ἔστι ὁρεξις βέλτερον
τῶν ἐφ' ἡμῖν. *Electio est appetitio eo-*
rum, quae in potestate nostra sita sunt,
& à nobis fieri possunt, ex consulta-
tione profecta. Arist. lib. 3 Ethic. c 5.

§. 1. Προαίρεσις, quasi *praelectio* dici-
tur, à προ & αἰρέω. Latine *ELECTIO* ab
eligendo, quia ex multis antè inter se col-
latis liberè unum eligit & accipit.

§. 2. In definitione *ELECTIO* nuncu-
patur (1) *appetitio*, quia praecise & in se
spectata est actus voluntatis. (2.) *Con-*
sultativa, quoniam consultatio eam pra-
cessisse oportet. (3) *Eorum*, quae in
potestate nostra sunt: est enim rerum tan-
tùm possibilium, voluntas verò etiam
impossibilium. Ita aeger eligit media ad
recuperandam sanitatem.

VI. Ἡ βέλτεσις ἔστι ζήτησις περὶ τῶν ἐφ'
ἡμῖν πραγμάτων. *Consultatio est inqui-*
sitio

Comp. Ethic. c. 3. de Princ acti hum. 29

scio de rebus agendis, atque, quæ in
potestate nostra sita sunt. Arist. lib. 3.

Ethic. Nicom. c. 5.

§. 1. Βῆλσις δὲ τὸ τῆς βῆλσεως, sicut
Consultatio à consultando dicitur, id est,
deliberando, quid nãpe in re quæpiam
facto opus sit. Utrumq; δὲ τῆς βῆλσεως
à consilio derivatur.

§. 2. Sub Deliberationem verò cadunt
res, quæ à nobis effici possunt, quæ
principium est in nobis positum, quæ
plerumq; eveniunt, & quarum exitus est
incertus. Quo ipso cum Electione coin-
cidit, tantum subiecto differt. Uti enim
Electio ad voluntatem, ita Consultatio ad
intellectum pertinet. Sic æger de mediis
consultat, puta precibus, vel medica-
mentis.

VII. Ἡ βῆλσις δὲ τῆς ἀγαθῆς ὀρεξίς Vo-
luntas est boni appetitio. Arist. lib. 3.

Ethic. Nicom. cap. 6.

§. 1. Græc. Βῆλσις δὲ τῆς βῆλσεως,
& Latin. Voluntas à volendo deducitur.
Aliàs voluntarium nominatur.

§. 2. *Voluntas* heic non ipsa *potentia*, sed pro *actu volendi* sumitur, nīm. qvī & qvatenus *actio aliqua exterior à voluntate* dependeat.

§. 3. Dicitur (1.) *appetitio*, qvīa est *actus voluntatis*, cuius est *appetere*. (2.) *Boni*, sive *veri*, sive *apparentis* ita *eger* vult *sanitatem*, αὐτόχειρ *suū interitū*, &c.

11. REGULÆ.

I. Εἰν τῇ ἀγνοίᾳ καὶ ἑλπίδι καὶ συμπύκνωσι.
*In ignorantia (particulari) & misericordia
 & venia locum habet.* Arist. lib. 3. *Ethic.*
Nicom. c. 2.

Nam qvī horum aliquid ignorat, *in-
 vitus* agit. Ut si quis in prælio patrem
interficiat, quem hostem esse sibi per-
fisset. Secus se res habet in ignorantia
universali, quippe ob quam homines vi-
tuperantur. Arist. l. c. Ut si quis igno-
raret, ebrietatem esse peccatum, vel in
templo inter preces esse *jocandum*, &c.

II. *Voluntas non appetit malum (for-
 maliter sub ratione mali.)*

Sed

Sed materialiter sub ratione boni, sicut libidinosus expetit consuetudinem stupri cum alterius uxore, non ut stuprū malum est, sed ut iucundum, quod est quoddam bonitatis genus.

III. DUBIA.

I. Num pueri voluntariè agunt, quod agunt?

R. Non agunt, voluntarium si strictè, sumatur pro actione fluente à principio activo, cum cognitione finis perfecta, agunt verò voluntarium, si accipiatur laxè pro actione fluente a principio activo, cum cognitione finis imperfecta. *Arist. lib. 3. Ethic Nicom c. 3.*

II. Estne in brutis electio?

R. Propriè non, teste Aristot. lib. 3. Ethic. Nicom. cap. 4. quia res inter se conferre nequeunt; licet ex natura instinctu assumant, quod sibi prodest, & vitent, quod sibi nocet.

CAP. IV.

De AFFECTIBUS.

I. PRÆCEPTA.

I. Τα πάθη εἰσι, ὅσα μεταβάλλονται,
οἷς ἐπὶ αὐτῇ λύπη καὶ ἡδονή. AFFECTUS
sunt mutationes animi, quas dolor &
voluptas insequitur. Aristot. lib. 2.
Rhetor. cap. 1.

§. 1. AFFECTUS deducitur ab affi-
ciendo, quòd eo ipso anima affi-
ciatur. Græcis πάθος, PASSIO, à πα-
σσω, passior, ex inusitato πῆθος, hunde πα-
θεῖν, pati. Martin. in Lexic. Philol. h. l.

§. 2. Improperie appellatur PERTURBA-
tio, quia sæpenumero solet animum
perturbare, nisi ratione coercetur. Pro-
pria enim perturbatio mala est, at non o-
mnis affectus malus est. Itaq; Affectum
esse perturbationem, ex accidente est Sa-
gitur. exere Ethic. exoter. 2. thes 8 p. 42

§. 3. Aristoteles Affectus dicit (1) mu-
tationes animi, h. e. nudos animæ motus,
atq; ea, quæ his per se insunt, non quæ sunt
tales vel tales motus. Quid enim. ad esse

& naturam motus, quâ motus, si exorbitet, aut non exorbitet. (2.) *Quas dolor & voluptas insequitur.* Affectus enim immutant animum cum corporis aliquâ alteratione, dolorem excitante aut voluptatem. *Horn. lib. 2. de Philos. civil. c. 6. num. 4 pag. 215. seq.*

§ 4. *Subiectum* Affectuum omnium est *anima sentiens*, ad cuius facultatem appetitivam pertinent; non autem sunt in *voluntate*, uti quidem Stoici censent. Sæpè enim motus animi surgunt nobis invitis, quod fieri non posset, si in voluntate essent. *Alcironus de Doctr. Platon. cap. 32.*

II. *Partes Appetitus sensitivi* (Affectuum quippe *subiecti* sive *sedis*) duæ sunt: *Concupiscens, & irascens.* *Arist. lib. 2. de Anim. cap. 3. tex. 27.*

§ 1. *Appetitus concupiscens* est, quo animal simpliciter appetit bonum, & fugit noxium. In eo sunt, aut respectu inclinationis ad bonum, unde oritur *Amor*, cui opponitur *Odium*, aut respectu pro-

gressionis ad bonum, unde dimanat *Desiderium*, cui opponitur *Fuga*, aut respectu quietis in bono, unde oritur *Gaudium*, cui opponitur *Tristitia* seu *Dolor*, sub quo continentur *Invidia*, *ζηλοτυπία*, *Misericordia*.

§ 2 *Appetitus irascens* est, quo animal propulsat noxium, & quicquid impedit aut obstat, quò minus bonum, quod appetit, consequatur. *Aquin.* in Summ. Theolog. par. 1 quæst. 81. art. 2. *Scol.* in 3. Sentent. dist. 34. In ipso sunt, aut respectu boni difficilis, unde oritur *spes*, cui opponitur *Desperatio*; aut respectu mali difficilis, unde oritur *Metus*, cui opponitur *Audacia*; aut respectu molesti repugnantis naturæ, unde *Ira*, *Furor*, *Excandescencia*, cui opponitur *clementia* natura. *Aid. Commenc.* in lib. 2. *Ethic.* *Arist. Nicom.* c. 5 pag. 203.

II. REGULÆ.

I *Ab Affectibus* (quæ sunt affectus) nemo laudatur vel vituperatur. *Aristot.* lib. 2. *Ethic. Nicom.* cap. 5.

Ita v. g. irasci aut dolere malum non est, quatenus utrumq; est tale; at irasci innocenti, aut dolere propter voluptatem amissam, malum est. Igitur Affectus mali esse possunt (& sunt omnes, qui contra rationem pugnant,) neque tamen mali sunt, quatenus affectus. Horn. l. 2 Doctr. de Philos. moral. cap. 6. num 9. p. 223.

II. Ob Affectus animi (bene dispositi) nemo laudatur vel vituperatur. Arist. lib. 2. Ethic. Nicomach c. 5.

Nam si quis v. g. irascatur aut misereatur, absolute loquendo, nec laudem nec vituperium meretur; at affectus animi male dispositi potius sunt mera vitia, quam affectus, v. g. invidia, ideoq; vituperium incurrunt, sicut contra affectus animi bene dispositi, si moderatio virtutis accedat, propter istam moderationem laudantur. Arist. Com. in lib 2. Ethic. Arist. cap. 5. quaest. 3 p. 206.

III. DUBIA.

I. Annon Affectus, quia sunt animi perturbationes, civili tranquillitati oppositae, naturam mali sunt? B.

Re. Non omnes perturbationes civili tranquillitati, cum Summo Bono complicatae, adversantur, sed *immoderate* tantum, h. e. quæ modum non servant: nam *moderate* vel maximè prosunt, nec pugnant cum virtute, verum sunt ejus cum famulae, tum materies, varia tamen ratione. Civilis enim tranquillitas non in otio, sed in negotio virtutum, rectaq; ratione posita est. *Picoletum grad. 1. Doctr. de Philos. civil. cap. 27. p. 121. seq.*

II. *Suntne Affectus ex hominis anima evellendi?*

Re. Affectus mali sunt evellendi, quia virtuti repugnant; non autem boni, cum sint virtutis materies.

CAP. V.

DE FORTITUDINE.

DE PRÆCEPTA.

I. In abstracto, ἡ ἀνδρεία ἐστὶ μέσότης πρὸς φόβον καὶ θάνατον. **FORTITUDO** est mediocritas circa metum & confidentias. *Arist. 1. 3. Ethic. Nicom. c. 9.*

§. 1. **H**Oc est, *virtus mediocritatem*
servans in iis, quæ metum aut
confidentiam in periculis honestatis gratiâ
subeundis & perferendis, maxime verò in
morte bellica adferro solent. Donaldson.
 lib. 3. Synops. Philos. moral. c. r.

§. 2. *Fortitudo nomen habet à feren-*
do, quia magnò animo fert pericula, tum
aggrediendo, tum sustinendo Græcè di-
 citur *ἀνδρεία*, *ἀπὸ τοῦ ἀνδρὸς*, à viro,
 quòd viros maxime deceat. Germanicè
Mannhaftigkeit / eâdem de causa.

§. 3. Vocabulum *Fortitudinis* heic
 propriè sumitur pro ea virtute, quæ circa
 metum & confidentiam versatur, h. e.
 confidenti & intrepidò animò esse do-
 cet. *Impropria enim acceptio pro corpo-*
ris robore, quo Hercules. Plin. lib. 7.
Natur. Histor. c. 20. Milo Crotoniades,
Agelli lib. 15. Noct. Attic. cap. 16. & alii
polluerunt, hinc exulat.

§. 4. In definitione genus est *virtus*,
 differentia constat (1.) *Objecto communi,*
 quod sunt τὰ Φοβερά, quæ metum incu-

tiunt, & θαρραλεια, quæ confidentiam efficiunt. Arist. lib 3. Ethic. Nicom. c. ii. *Proprium enim objectum est, ὁ καλὸς θάνατος* & ὁ ἐν πολέμῳ, *præclara mors bellica*. Arist. lib 3. Ethic. ad Nicom. cap. 9.

(2) *Actibus propriis*, pericula subire, & perferre, quorum *suus* præstat ille. Aquin. in 2. 2. quæst. 123. art. 6. Etenim magis arduum est timorem reprimere, quod fit perferendo, quam audaciam refrænare, quod aggradiendo fit. *Eustach. à S Paul.* par 3. Ethic tract. 3. sect 3. quæst. 2 p. 174.

(3) *Tunc*, qui est *honestas*.

6. 5. In concreto, *κυρίως λέγουσιν αὐτὸν εἶναι, ὁ περὶ τὸν καλὸν θάνατον ἀδής, ὃς οὐ θάνατον ὀπιφέρει, ὑπόγυα ὄντα, τοιαῦτα δὲ μάλιστα τὰ ἐν πολέμῳ*. *Proprie* dicitur *vir fortis*, qui circa præclaram mortem impavidus fuerit, circaque ea, quæ mortem afferunt, cum proxima sunt, ejusmodi autem maximè sunt, quæ in bello occurrere consueverunt. *Arist.* lib. 3. Ethic. Nicom. cap. 7.

II. In excessu peccat ἡ θρασύτης, Audacia, in defectu verò ἡ δειλία, Timiditas.

§ 1 In abstracto, Audacia est nimia confidentia in periculis subeundis ex arrogancia quadam sine ratione. In concreto, ὁ θρασύς ἐστίν, ὁ ὅν τῷ παρρῆϊν ὑπερβαίνων πρὸς τὰ φοβερά. Audax est, qui confidendo in rebus terribilibus excellit. Arist. lib 3. Ethic. Nicom. c. 10.

§ 2 In abstracto, Timiditas est, quā quis ultra modum metuendo progreditur, & fidendo modum deserit. In concreto, ὁ δειλός ἐστίν, ὁ μὲν τῷ φοβεῖσθαι ὑπερβαίνων, τῷ δὲ παρρῆϊν ἐλλείπων. Timidus est, qui in metuendo exuperat, & in confidendo deficit. Arist. lib 2. Ethic. Nicom. cap. 7.

II. REGULÆ.

I. Ἡ ἀνδρεία ἐστὶν ὀπίλυτον. Fortitudo est res molesta. Arist. lib. 3. Ethic. Nicom. cap. 12.

Id est, Fortitudinis actio, externa respectu objecti, cum molestia & dolore

con-

conjuncta est: Fortitudo enim pro ob-
 jecto habet mortem bellicam. At actio
 Fortitudinis interna, quæ ab ipso habitu
 fluit, ratione habitus jucunda est. *Aud.*
 Comment. in lib. 3, Ethic. Nicom c. 11.
 dub. 1. pag 336. seq.

II. *Audax* (secundum naturæ infirmi-
 tatem consideratus,) in periculo timet.
Arist. lib. 3 Ethic. Nicom cap 9

Cum illa naturæ infirmitas animo
 non respondeat, unde & fugam arripit
 contra naturam arrogantia; licet secun-
 dum cæcā quandam temeritatem arro-
 gans sit. *Aud.* lib. c. 9: dub. 1 p. 315.

III. *DUBIA.*

I. *Religione sancti Martyres dici possunt
 fortes?*

R. *Proprie* non, quia mortem belli-
 cam non subeunt; quamquam *vulgariter*
 ita dicuntur, quoniam pro Christi nomi-
 ne mortem intrepidè subeunt.

II. *Utrum αὐτόχειρ est fortis?*

R. *Negatur*: se enim interficit, vel
ex audacia, ut quandam ab hominibus

captet gloriam, vel ex timidine, ut
majus, quod sibi videtur, malum devitet.

CAP. VI

De TEMPERANTIA.

I. PRÆCEPTA.

Α. Η σωφροσύνη ἐστὶ μεσότης πρὸς ἡδονὰς
 καὶ λύπας δι' αἵψης καὶ γεύσεως ἐν τοῖς
 σπέρμασι, καὶ ἐν πόσι, καὶ ἐν τοῖς ἀφ-
 ροδισίοις. TEMPERANTIA est

mediocritas circa voluptates & dolo-
res, ad actum & gustum in cibis, in
potibus, in rebus Venereis, pertinenti-
bus. Arist. lib 3 Ethic. Nicom. c. 13.

Hoc est, directrix voluptatis & doloris, pertinentium ad sensum tactus & gustus, decens ac consuefaciens in voluptate frui, & dolore ex eius absentia affici, quemadmodum decet & honestum est. Horn. lib. 3, Philos. civil. cap. 6. num. 3. p. 388.

§.2. TEMPERANTIA nomen ha-
bet à *temperando*, quia voluptates tempe-
rat & moderatur. Græcis dicitur *σωφρο-*

συν, quasi σὺν ὅσῳ τλῶ φέρει, *conser-*
vans mentem. Germanis *Nassigkeit*:
 gulæ namq; ac Veneri modū præscribit.

§ 3 Sumitur h. I. *proprie* pro virtute
 moderante appetitum cibi, potus, & Ve-
 neris: *improprie* enim brutis quoq; tri-
 buitur, ut aquilæ & apibus. *Eliaud. l. 2.*
de Natur. animal. c. 26. & lib. 5. cap. 11.

§ 4. Genus in definitione ovissum
 est *virtus*, differentia desumitur ab obje-
 cto tum *primario & per se*, quod est cor-
 poris voluptas, quæ afficit gustum & ta-
 ctum; tum *secundariâ & per accidens*,
 estq; dolor ille, qui ex jucundæ rei priva-
 tione oritur. Itaque ὁ σωφροσύνης, sed *dissi-*
militer circa voluptatem & dolorem Tem-
 perantia versatur.

II. *Temperantia extrema sunt in excessu*
ἀκολασία, Intemperantia; in defectu
ἀναισθησία, Stoliditas. *Horn lib. 3.*
Philos. civil. cap. 6. num. 8. p. 394.

§. 1. *Intemperantia* est vitium, quo
 modus exceditur in voluptatibus corpo-
 ris percipiendis.

§ 2. *Stultitia* est vitium, quo quis ne
licitis quidem voluptatibus fruitur.

II. REGILÆ.

I. *Τὸ δὲ λύπην παρὰ ἀνομοίῳ ἢ ἡδονῇ.*
Dolorem affert (per accidens) *intempe-*
ranti voluptas. Aristot. lib. 3. Ethic. Ni-
com. cap. 13.

Quare nus absentia sua intemperato
parit dolorem, quemadmodum naucle-
rus absentia sua, dicitur esse causa sub-
mersionis navis, per accidens tantum:
nam causa per se est maris tempestas. Per
se autem voluptas dolori non affert, hoc
enim longè recedit à natura voluptatis.

II. *Ἡ ἡδονὴ ὅδὲν φθείρει τὴν τῆς ἔχου-*
σας φύσιν. Voluptas (secundum mediū)
non corrumpit naturam eius, qui ea affi-
ciunt. Aristot. lib. 3. Ethic. Nicom. cap. 15.

Quia potius ita conservat animum
hominis, propterea quòd spiritus vitales
in suo tueatur vigore. At voluptas secun-
dum exuperantiam magis, quàm dolor
labefactat, adeò ut intemperantes & lu-
xuriosi, eò, quòd voluptate suprà modum,
le-

secundum exuperantiam abutantur, brevissima sint vite.

III. DUBIA.

I. Summe Monachi Carthusiani habendi temperantes, quod a carnibus abstineant, & piscibus continuo viculentur.

R. Negatur: quia id faciunt coacte. Nam ex regula ordinis sui vult se ad hoc adstringunt; in temperantia vero coactio locum non habet. Quia imò major intemperantia saepenumero sequitur ex esu piscium, quippe qui sunt plerumque naturae ferventioris, & Veneris utillationem vehementer excitant, quam ex esu aliarum carnum.

II Num lupanaria, ne pudica feminae corrumpantur, toleranda sunt?

R. Minime: non enim sunt faciendae mala, ut inde (per accidens) eveniant bona, Rom. 3. v. 8. qualis est pudicarum foeminarum conservatio. Per se namque lupanaria verbo divino repugnant. Deut. 23. v. 17. Ephes. 5, v. 3.

CAP.

De LIBERALITATE.

I PRÆCEPTA.

I. Η ἐλευθέρια ἐστὶ μακροῦς καὶ ὀλίγου χρημάτων καὶ λήψιν LIBERALITAS est mediocritas circa erogationem & acceptionem opum. Arist lib.

2. Ethic. Nicom cap. 7.

§. 1. **I**dest, virtus mediocritatem servans in medicis pecuniis dandis accipendisq. Donaldson. lib. 3. Synops Philos. moral. cap. 3.

§ 2. LIBERALITAS dicitur à libero, h. e. libere donante, qui inde Germanis nuncupatur freygäbig.

§ 3 Liberalitatis forma desumitur (1.) ab objecto, quod sunt μικρὰ καὶ μεγάλα, parva opes fortune, quo ipso differt à Magnificencia, ut quæ versatur circa opus magnas. (2.) à propriis actionibus, quæ sunt δόσις καὶ λήψις, opum erogatio, & acceptio, quæ opus habet, ut priorem diu exercere queat.

II. Ex-

II. *Extrema sunt in excessu αἰσωτία, Prodigalitas; in defectu ἀνελκθερία, Avaritia* Arist. lib. 4. *Ethic. Nicom. cap. 3.*

§ 1. *Αἰσωτία* ἔστιν, ἢ μὴ τῷ δίδοναι καὶ μὴ λαμβάνειν ὑπερβαίνειν, τῷ δὲ λαμβάνειν ἐλλείπει πλεονάζει μικροῦς. *Prodigalitas* est, quæ in dando, & non accipiendo excedit, in accipiendo autem deficit, sed in parvis tamen.

§ 2. *Ἀνελκθερία* ἔστιν, ἢ τῷ δίδοναι μὴ ἐλλείπει, τῷ δὲ λαμβάνειν ὑπερβαίνει. *Avaritia* est, quæ in dando deficit, & in accipiendo excedit, subintelligo, in parvis tamen.

II. REGULÆ.

I. *Usus liberalitatis* (quantum ad bona vite ac familiae superflua) magis consistit in dando, quam in accipiendo. Arist. lib. 4. *Ethic. Nicom. cap. 1.*

Quia bona superflua absq. vite & conditionis detrimento aliis concedi possunt, unde in his plura licet dare aliis quam sibi retinere, quantum autem ad
bo.

bona vite & familia necessaria, in his natura vult, ut melius nobis prospiciamus, quam aliis.

II. *Ἀνταρξία μείζων ἢ καὶ τοῦ νόμου* *ἀντιταξία*. Avaritia est majus (comparatè) malum, quam Prodigalitas. Arist. lib. 4. Ethic. Nicom. c. 3.

Nam avarus nec sibi nec aliis prodest, prodigus verò alios opibus suis juvat, sibiq, populi amorem conciliat, absolute autem neutra est altera melior, cum ambæ sint vitia.

III. DUBIA

I. *Σικεῖναι Καπουκκῖνι Μοναχῶν*, quia aliis tribuunt, quæ emendare vult, liberales sunt?

R. Quod non: quia aliis impertiunt (1.) de bonis vite necessariis, cibum nempe & potum, ut nihil sibi ipsis relinquant; cum tamen liberalitas exerceri debeat, secundum facultates de bonis superfluis.

(2.) Non honestatis gratia, quoniam ita erogatione & sibi aliquid volunt promereri & aliis, quibus merita sua imperare dignantur.

II. U-

II. *Utrum usura sunt licita?*

R. Sunt licita, si sint *usura compensatoria* id enim postulat gratitudo debitoris opulenti erga creditorem suum, qui suâ caret pecuniâ, non sunt *licita*, si sint *lucratoria*, egenum mordentes, Deuter. 23. v. 19 unde talibus usuris implicatos rectè inter avaros numerat Aristot. lib. 4. Ethic. Nicom. cap. 3.

CAP. XIX.

De MAGNIFICENTIA.

I. PRÆCEPTA

I. *Μεγαλοπρέπεια ἔστι μεσότης πρὸς τὰ μέγιστα καὶ τὰ ἐνὶ μέσῳ.* MAGNIFICENTIA est mediocritas circa magnos sumtus faciendos. Arist. lib. 4. Nicom. cap. 2.

§. I. **H**Oc est, *virtus in magnis sumptibus erogandis mediocritatem servans.* Donalds. lib. 3. cap. 4.

§. 2. *Μεγαλοπρέπεια* derivatur ἀπὸ τῆς μεγάλους, à magnitudine, & τῆς πρέπουσιν, decoro, quia in magnis sumptibus

bus decorum servat. Unde Latine *Magnificentia* dicitur, eò, quòd sumtum magnum concinnè & decorè faciat in res illas, quæ magno sumtu indigent, v. gr. ex-
structiones templorum, pontium, &c.

§.3. *Magnificentia* hîc propriè accipitur pro ea virtute, quæ decorum servat in magnis sumtibus faciendis: *impropriè* enim pro eo sumitur, quod auctoritatem conciliat, ut *magnificus incessus*, *magnifica facies*, &c.

§.4. Genus in definitione omîssum est *virtus*, differentiam absolvit (1.) *objectum*, quod sunt *μεγίστα τὰ ζήματα*, *magnis sumtus*. (2.) *Propria actio*, nempe *sumtus facere*, quo ipso distinguitur à *Liberalitate*: hæc enim *modicos dat & accipit*, illa verò *magnos sumtus saltè facit*.

II. *Extrema sunt in excessu ἡ ἀπειροκαλία*, *Luxus*, in defectu ἡ μωροπείρα, *Sordities*. Arist. lib 4. Ethic. Nicom. cap. 6.

§. 1. LUXUS est vitium in magnis sumtibus decorum excedens. Id verò

50 *Comp Ethic c. 8. de Magnificent.*

tum fit, quando in res parvas, aut nullius
etiam momenti, profusiones opum tan-
tum ostendendarum gratia fiunt, exem-
plo *Pyramidum Aegyptiarum &c.*

§ 2. *Sordities* est vitium, quo in res
magnas minutus sumptus impenditur, vel
etiam inde lucrum percipitur, v. g. cum
splendidis opibus intemptiva adhibe-
tur parsimonia.

II. REGULÆ.

I. Ὁ μεγαλοπρεπὴς ὅστις ἐλεύθερος ἐστίν.
Magnificus (materialiter ratione subiecti
consideratus) est liberalis. *Arist lib 4.*
Ethic. cap 4.

Quia in Magnifico necessario requi-
ritur prævia liberalitas, tanquam præce-
dens dispositio ad Magnificentiam; non
autem formaliter ratione obiecti. sic enim
Liberalitas diversam habet naturam à
Magnificentia.

II. Κακία τῆς μεγαλοπρεπείας μὴ
λίαν ἀρχήμονες εἰσι. *Vitia Magnificen-*
tiae non adeo (comparatè) deformia sunt.
Arist. lib. 4. Ethic. Nicom. cap 6.

Si

Si scilicet conferantur cum extremis aliarum virtutum: absolute autem deformia sunt, quippe vitia.

III. DUBIA.

I. Quæ Magnificentia, quia excedit Liberalitatem, mediam tenes?

R. Excedit, non quoad essentiam virtutis, sed quoad existentiam ornatus, quippe non est melior, sed splendidior virtus. *Cas. in Specul. moral. l. 4. c. 2. qv. 1.*

II. Annon Liberalitas, quia communior Magnificentia, virtus est præstantior?

R. Respectu frequentioris actionis Liberalitas est præstantior Magnificentia: illa enim pluribus competit, quam hac. At respectu insignioris usus Magnificentia est præstantior Liberalitate, siquidem in Republica usus habet maxime insignes.

CAP. IX.

DE MAGNANIMITATE.

I. PRÆCEPTA.

I. Ἡ μεγαλοψυχία ἐστὶ μεσότης πρὸς τὴν
μεγίστην καὶ ἐλάττω.

MAGNANIMI-

C 2

TAS

52 Comp. Ethic. c 9 de Magnanimit.

TAS est mediocritas circa honores magnos. Arist lib. 4. Ethic Nic c 9.

§. 1. **I**D est, virtus in magnis & debitis honoribus expetendis vel contemnendis, mediocritatem servans. Donald. lib 3 cap 5.

§ 2. Μεγαλοψυχία deducitur ἀπὸ τοῦ μεγέθους, à magnitudine, & ψυχῆς, animo, hinc Latine Magnanimitas, & German Großmütigkeit. Concretum ὁ μεγαλόψυχος, Magnanimus, h e qui magno & excelso animo est, der eines grossen und starcken Muths ist.

§. 3. Δοκεῖ ὁ μεγαλόψυχος εἶναι, ὁ μεγάλων αὐτὸν αἰξίων, αἰξίων. Videtur verò Magnanimus esse, qui cum magnis sit dignus, magnis quoq, se dignum esse existimat Arist l. 4 Eth. ad Nic c 7.

§. 4. Magnanimitas hinc stricte sumitur pro ea virtute, quæ appetitum in magnis honoribus expetendis regit: late enim pro ornamento quodam virtutum omnium accipitur.

§. 5. Generaliter πρὸς τὰ μεγάλα, circa

magna Arist. lib. 4. Ethic Nicom. cap 7.
speciatim circa magnos & illustres hono-
res. ibid. cap. 9.

II Extrema sunt in excessu χαυνότης. Su-
perbia, in defectu μικροψυχία, Pu-
sillanimitas. Arist. lib. 2. Ethic Ni-
com. cap 7.

§. 1. In abstracto, SUPERBIA est
vitium, per quod quis maioribus honori-
bus, quam dignus est, dignum se judicat.
In concreto, ὁ χαυνός ἐστιν, ὁ μεγαλῶν
αὐτὸν ἀξίων, ἀνὰ ἑαυτὸν ὢν. Superbus est,
qui, cum sit indignus, dignum se magnis
putat. Arist. lib. 4. Ethic. Nicom. c. 7.

§ 2 In abstracto, Pusillanimitas est
vitium, per quod quis iis honoribus in-
dignum se judicat, qui tamen jure ei de-
bentur. In concreto, ὁ μικροψυχός ἐστιν
ὁ ἀξίος ὢν ἀγαθῶν, ἑαυτὸν ὀποσειῖ ὢν
ἀξίος ἐστὶ. Pusillanimis est, qui bonis,
quibus dignus est, semetipsum privat.
Arist. lib. 4. Ethic. Nicom. cap 9.

II. REGULÆ.

I. Εἶκοθεν ἡ μεγαλοψυχία πόσις τις εἶναι τῶν δρετῶν. *Videtur Magnanimitas ornamentum quoddam (certo respectu) esse virtutum Aristot. lib. 4 Ethic. Nicom. cap. 7.*

Non quasi eodem graduum respectu omnes virtutes actu secundo exerceat, sed quod operatio ejus in omnibus sese exerceat virtutibus.

II. Ἡ μικροψυχία τῆς καυρότητος χειρόν. *Puillanimitas Superbia (in modo) peior est. Arist. lib. 4. Ethic. Nicom. cap. 9.*

Quia omnem operam, quam Reipublice debet, denegat pusillanimitas, id quod non facit superbus.

III. DUBIA.

I. Itane Magnanimitas, magnis honoribus dignam se estimans, humilitati contrariatur?

R. (I.) Aliud est honorem officii sui, & aliud persone prosequi. Hoc po-

Itc.

terius repugnat humilitati, non prius.

(1.) In natura virtutis non contrarian-
tur, sed in modo actus.

II. Annon Magnanimus, quia inso-
lentem contemnit, malus est?

R. Contemnit, non personam, sed
vitium, puta insolentiam in homine in-
solente.

CAP. XV.

De MODESTIA.

I. PRÆCEPTA.

I. MODESTIA, Græcis αἰσχύνη, ἢ
μεσότης καὶ τιμὴ μικρὰ. Est me-
diocritas circa honorem parvum.

Arist. lib. 2. Ethic. Nicom. c. 7.

§ 1. **H**oc est, virtus servans, medio-
cratatem in parvis honoribus eo,

quo decet, modo expetendis. B. Prator. in
Theatr. Ethic. par. 2. sect. II.

§ 2. Modestia à modo dicitur, quia
modi iusti amans est. Isidor. lib. 10. Ety-

molog Germanicè Bescheidenheit;

quia circa honores expetendos modera-

tè se gerit.

§.3. Accipitur heic specialiter pro virtute circa honores mediocres occupata: nam generaliter est quævis animi & omnium membrorum corporis moderatio ac refrenatio.

§.4. Objectum est honor modicus, quo ipso Modestia differt à Magnanimitate: hæc enim circa magnos, illa verò circa parvos honores versatur.

II. In excessu peccat Φιλοτιμία, Ambitio; in defectu αφιλοτιμία, inambitiositas. Arist. lib. 4. Ethic. Nicom. cap. 10.

§.1 Ambitio, in abstracto, est vitium, quo quis honores mediocres nimium & præter rationem expetit. In concreto, ε Φιλότιμός εστιν, ο καὶ μάλλον, ἢ δεῖ, καὶ ὅθεν, εἰ δεῖ, τῆς πλεονεξίας ἐφίεμεθα. Ambitiosus est, qui & magis, quam oportet, & unde non oportet, honorem affectat.

§.2. Inambitiositas, in abstracto, est vitium, quo quis honores etiam sibi debitos præter rationem aspernatur. In

concreto ὁ ἀφιλότιμος ἔστιν, ὁ δὲ ἔστι
τοῖς καλοῖς περιαιρέμενος τιμᾶς. In-
ambitiosus est, qui ne quidem ob honesta
facta honore affici vult, Arist. lib. 2. E-
thic, Nicom. c. 7.

II. REGULÆ.

I. Τῆς δρετῆς ἀθλον ἡ τιμή. Virtutis
præmiū est honor. Arist. lib. 4 Ethic.
Nicom cap. 7.

Id est, honor viris probis semper de-
betur, licet non ipso actu semper exhi-
beatur.

II ἔστιν, ὡς δεῖ, ὀρέγεσθαι τιμῆς. Licet,
sicut oportet, honorem appetere. Arist.
lib. 2 Ethic. Nicom. cap 7.

Hoc est, ut fiat moderate & honestè.
Illud legitimum innuit medium, hoc bo-
num indicat finem, qui est Reipublicæ
utilitas.

III. DUBIA.

I. Quomodo honor, ut qui solius For-
tunitatis propriū est, virtuti debetur?

Re. *Inchoativè in progressu debetur virtuti, perfectivè in summo gradu soli Felicitati.*

II. *Licetne gradum aliquem Academicum emere?*

Re. *Ipsam gradum non licet emere, sed legitimè mereri; Collatori tamen talis gradus laborem compensandum esse, gratitudo suadet.*

CAP. XI.

DE MANSVETUDINE.

I. PRÆCEPTA.

Α. Η *πραότης* ἢ *μεσότης* τῆς *οργῆς*.
MANSVETUDO est mediocritas circa iras. Arist. lib 4. Ethic. Nicom. cap 11.

§. 1. **I**D est, virtus, quæ mediocritatem servat circa iram in vindicando & puniendo. Gol lib 4. Ethic. cap. 5.

§ 2. Græcè *πραότης* est à *πρᾶξι*, mansuetus: Latine mansuetudo dicitur quasi ad manum assueta. Germanicè

Sanft

Sanfftmuth / quia animum iratum reddit pacatum

§.3. Sumitur hîc *proprie* pro ea virtute, quæ inter iracundiam & lenitudinem medium tenet: *improprie* namq, brutis quibusdam mansuetis tribuitur.

§.4. *Objectum* internum est ira sive irascendi appetitus, externum verò *vin-dicta* ex injuriis vel conuitiis, quibus famæ alicujus detrahitur, orta.

II. *Mansuetudinis* extremum in excessu est *ὀργηλότης*, *Iracundia*; in defectu *ἀσθησία*, *Lenitudo*, sic vocata à Cicerone lib. 3 Tuscul. quæst.

§ 1. *Iracundia* est vitium, quo quis ex causa leuicula, vel injusta, auidius supra modum irascitur.

§.2. *Lenitudo* est vitium, quo quis non irascitur us de causis, quibus debebat; neque iis, aduersus quos debebat.

II. REGULÆ.

I. Ἡ πραότης πρὸς τὰ ἐλλειψαν δόξα-
κλινά. *Mansuetudo ad defectum in-*

60 Comp. Ethic. c. 11. de Mansuetud.
clinat. Aristot. lib. 4. Ethic. Nicomach.
cap. 11.

Non quòd declinet à mediocritate
recte rationis, sed quòd aliquid detrahat
de severitate debite punitionis in ira exer-
cenda.

II Δοκεῖ γὰρ αἰσθάνεσθαι γὰρ εἶναι ἀ-
μυντικός. Videtur esse insensatus, qui in-
jurias haud justè ulciscitur. Arist. ibid.

Cum scil. honor aut bona fama in
dubium propter injuriam non vindica-
tam devenire possunt; injusta autem vin-
dicta ab homine Christiano exulabit,
cum nempe malum malo contra jus &
æquum compensatur. Rom. 12. v. 19.

III DUBIA.

I. Qvī circa iram Mansuetudo versa-
tur, cū ira Mansuetudinis extremum
sit?

R. Circa iram, ut est animi affectus
regularis, qvī rectæ rationi paret, versa-
tur Mansuetudo; uti verò est habitus ex
multis actionibus pravis comparatus, est

iracundia, quæ Mansuetudinis extremum est.

II. Vtrum licet irasci?

R. Licet irasci; (1.) non tam improborum persona, quàm vitio: (2.) moderatè, ne effervescat: & (3.) ad hominem injuriarum amolitionem.

CAP. XII.

De COMITATE.

I. PRÆCEPTA.

I. COMITAS, Græcis ἀνώνυμος, ἡ μεσότης πρὸς τὰς ἡδονὰς καὶ λύπας, τὰς ἐν ταῖς ὁμιλίαις γινομένης. Est mediocritas circa voluptates ac dolores in conversationibus hominum factas Arist. lib. 4. Ethic Nicomach. cap. 12.

§ 1. **H**Oc est, virtus in conversatione quotidiana mediocritatem servans, ne quis justè offendantur. Prætor. in Theatr. Ethic par. 2. sect. 13.

§ 2. Comitatus deducitur ἀπὸ τῆς κόσμου, ab ornamento, extrinsecus, quòd omnia

agat $\mu\tau' \kappa\acute{o}\sigma\mu\alpha$, cum modo & ratione.
 Apud Latinos dicitur etiam *Affabilitas*
 ab *amicabili affatu*: apud Germanos
Freundlichkeit / quia comiter vivere
 amicorum esse videtur.

§ 3. Sanè aliquando **COMITAS** in
 vitio ponitur pro *largitate infami*, seu
prodigentia Martin. in Lexic Philol. h. l.
 at hic virtus est, quæ procurat, ut conver-
 satio nostra cum aliis in rebus seriis sit ta-
 lis, qualis esse debet, id est, neque nimis
 blanda, neque nimis aspera.

§ 4. *Comitatus obiectum externum* sunt
hominum conversationes, in quibus $\tau\acute{\iota}$
 $\pi\acute{\rho}\epsilon\pi\omicron\iota$ præscribit in gestu, sermone, a-
 ctione modum; *internum* autem *volu-*
ptas & dolor, quatenus quidem in quoti-
 dianio sermonis usu, aut in conversatione
 seria, in dictis & factis cernuntur.

II. In excessu peccat $\eta \kappa\omicron\lambda\acute{\alpha}\kappa\iota\alpha$, *Adula-*
tiō; in defectu $\eta \delta\upsilon\sigma\kappa\omicron\lambda\iota\alpha$, *Moro-*
sitas.

§. I. In abstracto *Adulatio* est vitium,
 quo quis contra honestatis rationem is,

qui-

quibus cum conversatur, in omnibus placere studet. In concreto κόλαξ ὅστις, ὁ μὴ ἐν παντί ἡδύς ὢν, ὡφελείας τῆς αὐτοῦ. Adulator est, qui in omnibus jucundè se gerit ob aliquam sui utilitatem. Arist. lib. 2. Ethic. c. 7.

§. 2. In abstracto *Morositas* est vitium, quo quis contra honestatis rationem iis, quibus cum conversatur, in omni re adversatur, & parum pensi habet, si eosdem, etiam ob rem non magni momenti, gravissimè interdum offendat. In concreto δύσκολός ὅστις, ὁ ἐν παντί ἀειδής. *Morosus* est, qui in omnibus injucundè se gerit. Arist. ibid.

II. REGULÆ.

I. Ταύτη ἡ ἀρετὴ εἶκει μάλιστα Φιλία. Videtur virtus hæc maxime esse amicitia. Arist. lib. 4. Ethic. Nicom. cap. 12.

Non formaliter, sed effectivè, quia conciliat sibi amicos.

II. *Comitas conversationem cum hæreticis (seductis) non tollit.*

Mo:

Modò (1.) ne fiat conversatio cum scandalo vel totius Ecclesiæ, vel aliorum: (2.) ne metus sit, alios quoque seductum iri: (3.) ut sublit aliqua monitio, & (4.) spes sit conversionis. *Heresiarchæ* verò post unam atque alteram admonitionem vitandi sunt. Tit. 1. v. 10.

III. DUBIA

I. *Potestne mutus esse affabilis?*

R. Potest, quantum ad *Affabilitatis habitum* non autem, quantum ad *actum*, præsertim in sermonibus.

II. Num factum *Cartusianorum*, qui nec se invicem, nec alios alloquuntur, sed signo & nutu omnia peragunt, laudandum?

R. Negatur, cum hoc repugnet (1.) *Scripturæ*, quæ sermonem opportunum dicit optimum. Prov 15. v. 23. (2.) *Naturæ*, à qua sermonis usus homini inditus est. (3.) *Affabilitati*, quæ in facilitate sermonis consistit.

CAP. XIII.

DE VERITATE.

I. PRÆCEPTA.

I. Ἀλήθεια ἐστὶ μεσότης πρὸς τὸ ἀλῆθες.

VERITAS est mediocritas circa verum. Arist. lib. 2. Ethic c 7

§. 1. **I**D est, virtus, per quam id, quod in qualibet re verum est, solius veritatis amore aliquis simpliciter et aperie fatetur, nihil addendo vel detrahendo. Col lib 4 Ethic.

§ 2. Ἀλήθεια deducitur ab α & λήθω pro λαθύνω, quia veritas latere nequit. Satiùs nuncupatur *Veracitas*, German. *Wahrhaftigkeit*.

§. 3. Agitur hic de *Veracitate*, quæ in sermone & conversatione quotidiana verum spectat; non autem de ea, quæ in iudiciis & pactis circa verum versatur. Arist. Comment. in lib 4. Ethic. Arist. ad Nicom. cap 13. p. 528.

§ 4. Ejus obiectum est verum, verbis & factis ita expressum, ut nihil fictum aut fucatum inveniatur.

§ 5. Ο δ' ἀληθευλικὸς καὶ τῷ βίῳ καὶ τῷ λόγῳ ὅτιν, ὁ τὰ ὑπερέχοντα ὁμολογῶν εἶναι περὶ αὐτὸν, καὶ ὑπερελάττω. *Verax autem & vitâ & verbis est, qui ea planè, quæ sibi insunt, neque majora neque minora esse confitetur. Arist lib. 4. Ethic. Nicom. c 13.*

II. Extremum generale est *Mendacium*, speciale in excessu ἡ ἀλαζωνεία, *Arrogantia*; in defectu ἡ εἰρωνεία, *Dissimulatio* Arist. ibid.

§ 1. *Mendacium* est, quo quis falsum dicit, ut proximum lædat, & contumeliâ afficiat.

§ 2. In abstracto ἀλαζωνεία ὅτι προσηγορίαις, ἡ μὲν ὅτι τὸ μέγιστον. *Arrogantia* est fictio, quæ in majus quid, quàm revera est, tendit. Arist lib. 2. Ethic Nicom cap 7 In concreto, δοκεῖ ὁ ἀλαζων προσηγορικῶς τῶν ἐνδοξῶν εἶναι, καὶ μὴ ὑπερέχόντων, καὶ μειζόνων ἢ ὑπερέχ. Videtur *Arrogans* is esse qui illustria quædam, vel quæ non habet, vel

majora, quàm habeat, fingit ac sibi vendicat Arist. lib. 4 Ethic. Nicom. c. 13.

§. 3. In abstracto ἡ εἰρωνεία ἐστὶ προσωποποίησις, ἡ δὲ πρὸς ἐλάττω. Dissimulatio est fictio, quæ in minus quid, quàm revera est, tendit. Arist. lib. 2 Ethic. Nicom. cap. 7. In concreto, δοκεῖ ὁ εἰρωνεύων ἐνείκελται τὰ ὑπὲρ ἔχοντα, ἢ ἐλάττω ποιεῖν. Dissimulatio videtur esse, qui quæ sibi insunt, vel negat, vel diminuit. Arist. lib. 4 Ethic. Nicom. cap. 13.

II REGULÆ.

I. Vera (interdum) disertè fateri licet.

Non semper & ubiq, , sed tùm deum, (1) cum salus Reipublicæ, & commodum proximi flagitat. (2.) Cum iussa & imperia Magistratûs vera te profiteri volunt, quando scil. testimonium vocatus, veritatis patrociniûm, quis præstare tenetur. (3.) In rebus ad fidem spectantibus. 1 Petr. 3. v. 15

II. Frangenti fidem, fides (eodem in pacto) servanda non est.

Tùm

Tūm enim obligatione solutus ille est, quem perfidia aliena afflixit, at cum post violata prima foedera novum percutitur, haud licet id violare.

III. DUBIA

I. *Estne fides, haeretico data, servanda?*

Re. Quidni? pacta enim sunt *juris naturalis*, quod violandum non est, secundum quod Josuae Gibeonitis, *Gentilibus* licet, & *internecionis divinitus destinatis*, datam fidem servavit, Jos. 9. v. 19.

II. *Num viro probe licitum est, simulare?*

Re. *Simulatio*, si honeste fit, licita est; non autem, si fiat *inhoneste*, in DEI contumeliam, aut privati commodi causa, &c.

CAP. XIV.

De URBANITATE.

I PRÆCEPTA.

Ἡ Ἐτραπείλια ὅτι μεσότης μὲν παιδείας
ὁπιδεξιότης, εἰς τὴν ὁμιλίαν τὴν
ἡμῶν

εὐμελῆ, καὶ οἷα θεὸς λέγειν, καὶ ὡς ὁ-
μοίως ἢ καὶ ἀνέειν. URBANITAS
est mediocritas dextrè conuersanda
cum aliis, salesq; & iocos, quales &
quemadmodum decet & dicere &
audire. Arist. lib. 4. Ethic. Nicom.
cap. 14.

§. 1. **H**oc est, virtus in ludis & iocis
mediocritatem seruans. Do-
nalds lib. 4. Epit. Philos. Civil. cap. 10

§. 2. URBANITAS sic dicitur ab Ur-
be, quia homines in urbe civiliores sunt
& comptiores, quàm in pagis, ob cre-
bram hominum frequentiam.

§. 3. Sumitur hinc *proprie* & in bonam
partem, pro virtute quadam, quæ mo-
dum in iocis & ludis observat, sicut E-
phes. 5. v. 4. *improprie* & in malam partem
pro scurrilitate, quæ modum omnem in
iocis excedit, quia tempore S. Pauli ex
hominum malitia in abusum jam vene-
rat.

§. 4. Illius objectum sunt joci & sales,
personæ, tempori, & loco accommodati.

§. 5.

§. 5. Cæterum, Ὀτρεάπελοι περιγε-
γορεύονται, οἱ ἐμμελῶς παίζοντες. Face-
re appellantur, qui dextrè jocantur. A-
rist. ibid. Ita dicuntur quasi Ὀτρεπας,
ἀπὸ τῆς Ὀ καὶ τρέπειν, à motus flexibili-
tate, eò, quòd in moribus concinni sint
motus & flexiones, ut hic celeriter ad fe-
stivitatem moveatur, alius non item.

H. In excessu peccat ἡ βωμολοχία, Scur-
rilitas; in defectu ἡ ἀγροικία, Ri-
sticitas.

§. 1. In abstracto, Scurrilitas est vi-
tium, quo in jocando & modum & de-
corum quispiam excedit, non habitara-
tione aut honestatis, aut personarum, aut
loci, aut temporis. In concreto, βωμο-
λόχοι δοκῶσιν εἶναι. ὁ γλυχόμενος πάν-
τας τὰ γέλοια, καὶ μᾶλλον σοχαζόμενος
τὰ γέλωτα ποιῆσαι, ἢ τὰ λέγειν ἄγρη-
μονα, καὶ μὴ λυπεῖν, τὸν σκωπτόμενον.
Scurræ videntur esse, qui ridicula penitus
affectant, adeò ut studeant potius risum
movere, quàm honeste loqui, doloreq;
eum

eum non afficere, quem cavillantur Arist. 1. c.

§. 2. In abstracto *Rusticitas* est vitium, quo nec jocos aliquis proferre potest, nec prolatos ferre valet. In concreto ἀγροῖοι δοκῶσιν εἶναι, οἳ μὴ τ' αὐτοὶ ἀνείποντες μηδὲν γελοῖον, τοῖς τε λέγουσι δυσχεραίνοντες. Rustici videntur esse, qui neq; ipsi quicquam ridiculi dicunt, neq; alios dicentes æquo animo patiuntur. Arist. ibid.

II. REGULÆ

I. Joci (naturâ suâ) videntur esse faciles.

Modus verò circa eorum naturam servatu est difficilis: neq; enim poterit, quis aptè & decore ludos atq; jocos adhibere, nisi acutior e judicio & longâ rerum experientiâ modum circumstantiarum didicerit observare.

II. Urbanitas tenet (remotè) ad felicitatem.

Quia ludus & jocus quietem animi

gignunt & solvunt, ac curis & doloribus, quibus si quis obrutus sit, virtutum actionibus, & per consequens ipsi Felicitati studere nequit. Non autem proxime ad Felicitatem tendunt, propter objectum, circa quod versatur Urbanitas, suntque joci & ludi, qui ad ipsam Felicitatem proxime nil conferunt.

III. DUBIA.

I Utrum ludi scenici sunt inter Christianos ferendi?

R. Omnino, (1.) cum ad honestum diriguntur finem, (2.) quibus DEI gloria non læditur, (3.) scandalum nullum spectatoribus præbetur.

II. Annon joci sunt verba otiosa, de quibus DEO aliquando reddenda est ratio? *Matth. 12. v. 36.*

R. Joci immoderati sunt verba otiosa, non autem moderati, quippe qui nec DEUM nec proximum lædunt.

CAP. XV.

De JUSTITIA

I. PRÆCEPTA.

IV. Δικαιοσύνη ὅτιν ἡ τοιαύτη ἔστι, ἀφ' ἧς
 πρᾶκτικοὶ τῶν δικαίων εἰσὶ, καὶ ἀφ'
 ἧς δικαιοπραγεῖσι, καὶ βεβληται τὰ
 δίκαια JUSTITIA est talis habi-
 tus, ex quo ad agendum res justas ho-
 mines idonei efficiuntur, ex quo item
 justè agunt, voluntq; justa. Aristot.
 lib 5. Ethic. Nicom c. 1

§ 1. Δικαιοσύνη, Justitia, Gerechtig-
 keit / derivatur ὅτ' ἀπὸ τῆς δι-
 κης, à jure, vom Recht : quia cuiq;
 jus suum tribuit.

§. 2. Per eam intelligitur δικαιοσύνη
 καὶ μέγας, justitia particularis : hæc enim
 proprie est justitia, quæ specialem virtu-
 tem constituit, quæq; hic considerata
 venit. Nam δικαιοσύνη ἡ καθόλου, ju-
 stitia universalis, omnes in se virtutes
 complecti veteri Theognidis versu di-
 citur :

Ἐν τῷ δίκαιον ὅλην συνάγει ἑδω πᾶσ' ἀρε-
τῇσι.

Justitia in sese virtutes continet omnes.
Hujus acceptio est latior, *illius* verò ac-
tior.

§ 3. Descriptio illa *justitia naturam*
ejus exponit, & quidem per *habitus*,
tanquam per *genus*, ex quo propensio &
aptitudo ad justè agendum proficiscitur:
nam *habitus* & proclivitas & facilita-
tem ingenerat. Deinde per *proprium*
actum, & *objectum*, tanquam per *diffe-*
rentiam.

§ 4. *Actus* est justè agere, & *justa* vel-
le: non enim satis est proclivitas & pro-
pensio ad justè agendum, nisi etiam quis
agat justè, justasque actiones exerceat,
ex libera voluntate, certoque judicio,
secus nulla erit *justitie* laus.

§ 5. *Objectum* est τὸ δίκαιον, *jus*, quod
unicuique *justitia* reddit. Τὸ δὲ δίκαιον
ἔστι τὸ νόμιμον καὶ τὸ ἴον. *Jus* verò est
ipsum *justum* & *rectum*. Ei opponitur
τὸ ἀδίκον, *Injuria*: Τὸ ἀδίκον ἔστι τὸ πα-

ἐάνομον καὶ τὸ ἀνίον. Injuria est actio illegitima & iniqua. Arist. lib. 5. Ethic. Nicom. cap 2.

§ 6. Cæterum *justitiam in abstracto* Philosophus definivit per *justum in concreto*, tanquam per *aliquid notius*: siquidem *concreta* citius deveniunt sub sensus, quàm *abstracta*.

II. *Justitia* (particularis) est duplex: Διανεμητική, *distributiva*; & συλλαβατική, *commutativa*. Aristot. lib. 5. Ethic. Nicom. cap 5.

§. 1. Ἡ δικαιοσύνη διανεμητική ἐστίν, ἥ ἐν ταῖς διανομαῖς τῶν μεριστῶν διορθωτική. *Justitia distributiva* est, quæ in rerum dividendarum distributione consistit. Objectum ejus sunt *res externa*, inter plures proportionem Geometricam dividendæ, ut honores, præmia, pœna, &c.

§. 2. Ἡ δικαιοσύνη συλλαβατική ἐστίν, ἥ ἐν τοῖς συλλαβάγμασι διορθωτική. *Justitia commutativa* est, quæ in contractibus dispensationem administrat. Ob-

jectum sunt contractus & permutationes rerum, secundum proportionem Arithmeticam instituendæ

§. 3. Utriusque differentia in *diversa debiti ratione* unicè posita est: nam hæc ipsam distributionem & commutationem discriminat, proportio autem, quæ ubiq; observatur, distributione & commutatione naturâ posterior est. *Horn.* lib. 3. *Philos. civil.* cap. 11. num. 24. p. 461.

§. 4. Non pertinet autem huc quicquam, nisi quod de *communibus totius Republica* bonis cuiquam debetur, & eatenus quidem, quatenus *civis quis ejus* est, sicut nec alia onera, nisi quæ ratione *totius communis* omnes ferre tenentur. *Arist.* lib. 5. *Ethic Nicom.* cap. 4. Quicquid ergo non debetur cuiquam, tanquam de *communibus bonis*, neque ferendum imponitur, ut *publicum & commune* anus, non *distributiva*, sed *commutativa* justitiæ est. *Id.* *ibid.* cap. 12. num. 12. p. 478.

III. *Justitia* opponitur η *αδικία*, *Injustitia* Arist. lib. 5. *Ethic Nicom.* c. 1.

§ 1. η *αδικία* $\epsilon\sigma\tau\iota$ η *τοιαύτη* $\epsilon\chi\iota\varsigma$, $\alpha\phi'$ $\eta\varsigma$ *αδικῶσι* $\kappa\alpha\iota$ *βῆλονται* *τὰ* *αδικα*. *Injustitia* est talis habitus, ex quo homines injustè agunt, & volunt injusta.

§ 2. Definitur *injustitia* particularis, cujus genus remotum *habitus*, proximum verò *viciū* est. Differentiam absolvit tum *objectum* ipsius, nempe *injustum*; tum *actus* ejus proprius, *injustè* agere, & *injusta* velle, h. e. *injustas* actiones destinatō liberōq; animō exercere.

II. REGULÆ.

I. *Summum jus* (falsum) *summa est injuria*.

Quia hoc à legē rectæ rationis decedit, non autem *verum*, quippe quod cum æquitate haud pugnat. Arist. in *Comm.* lib. 5. *Ethic.* Aristot. ad *Nicom.* cap 5. pag 751 seq.

II. *Volente* (omnino tali) *non fit injuria*. Arist. lib 5. *Ethic.* cap. 12.

Quando enim quis fieri aliquid *omni-*
no vult, & *planè*, ut fiat, consentit, eo
 ipso jure suo cedit, ut contra id tunc igitur
 non possit, nec injuria fieri. Quan-
 quam injuria alicui fieri potest, etiam
 qui aliquid voluit, sed *coactus*, ut qui la-
 tronibus pecuniam dedit, ut vitam serva-
 ret, certè injuriam passus est, etsi volens
 pecuniam dedit. Ne itaq; injuria fiat,
 non sufficit, voluisse aliquid *ex parte* &
mixtò modò, sed *omniò* & *omni ex parte*.
Horn. lib. 3. Philos. civil. cap. 13. num. 32.
pag. 526.

III. *DUBIA.*

I. *Annon furis suspendium repugnat*
justitiæ?

R. Quòd non. in coercendo enim
 non tam *res*, quæ violatur, quàm *quali-*
tas delicti attendenda, an videl. & quate-
 nus Rempublicam ac salutem commu-
 nem lædat, ad cujus conservationem le-
 ges sunt referendæ. Jam constat, quòd
salutem communem fures, æquè ac sicarii,
 quo-

quorum poena capitalis, salutem publicam ledant, quum distinctionem dominiorum, & bonorum proprietatem, quæ Reipublicæ fundamentum, tollant

II. Utrum iudici secundum acta & probata semper judicandum est?

R. In dubio & ubi de facto iudex incertus est, ab actis & probatis recedere non debet; in certissima verò & explorata rei cognitione, secundum conscientiam ei judicandum est, aut hic iudiciò abstinabit.

CAP. XVI.

DE VIRTUTIBUS INTELLECTUALIBUS.

I. PRÆCEPTA.

I. Η δρετή θεωρητική ὅτιν ἐξίς τῆς ψυχῆς λογικῆς, ἢ ψυχὴ τῶ κατὰ φύσιν ἢ διποθεῖναι ἀληθείας. VIRTUS INTELLECTUALIS est habitus animæ rationalis, quo mens affirmando vel negando verum enunciat. Aristot. lib. 6. Ethic. cap 3.

§.1. **D**icitur Græcè *Διανοητική*, ἀπὸ τῆς *Διανοίας*, à *mentis discursu*, quo sensu alteri tantum animæ rationalis parti, ei nempe, quæ ratione utitur, respondet. Latine autem *intellectualis*, ab *intellectu*, cui inest, & quem perficit.

§.2 In definitione ponitur (1.) *genus*, non *habitus*, quod huic virtuti cum morali est commune, cum sint species ejusdem generis. (2.) *Subiectum*, estque ea animæ pars, quæ *rationalis* dicitur. Arist. lib. 1. *Ethic. Nicomach. cap. ult.* (3.) *Objectum*, & sunt *res omnes*, in quibus verum aut falsum locum habet, siue res ex sint necessariae, siue contingentes. (4.) *Finis*, qui est *veritatem affirmando vel negando enunciare*. Uno verbo *Veritas*, quam mens investigat, vel nudè contemplando, vel ad usum transferendo.

II. *Virtus intellectualis* est (ratione finis) *theoretica*, vel *practica*. Savanorol. lib. 4. *Epit. Ethic. conclus. 8.*

§.1. *Theoretica* est, quæ res necessarias cognitionis tantum gratiâ investigat. Suntq; *Intelligentia*, *Scientia*, *Sapientia*,

§ 2. *Practica* est, quæ versatur circa res contingentes, & operando se prodit, inque eo acquiescit, ut *Prudentia*, & *Ars*.

§ 3. Differunt (1.) *Subiectis*: illa enim est in parte animi intelligibili, hæc in parte animi rationabili. (2.) *Objectis* prior versatur circa res necessarias, posterior circa res contingentes. (3.) *Finibus*: illa pro fine habet solam speculationem, illa verò praxin, latè acceptam, prout dicit actionem propriè dictam, & effectiorem.

III. C' vñs τῆς ἐξέτης, ἢ τὰς δεξιὰς νοῦς ἐπιστολή. INTELLIGENTIA est habitus (mentis,) quo (prima) rerum principia cognoscimus. Arist. lib 6 Ethic. Nicom. cap 6.

§.1. Græc. vñs, contractum est ex

82 *Comp Ethic c 16 de Virt intellectu.*

ὁ δὲ, quod ex νέομαι, id est, πορεύομαι,
vado, deducitur, eò, quòd nihil Mente
celerius moveatur, juxta *Eustathium*.
Latin. *Intelligentia* ab *intelligendo*. Dici-
tur etiam *Adens*.

§ 2. Nōs sive *Intelligentia*, generaliter
ipsam *rationem* denotat, specialiter verò
animæ rationalis habitum, quo principia
primū in notitiam intellectūs deve-
niunt.

§ 3. *Objectum* sunt *scientiarum axio-
mata*, quæ vulgò vocantur *communes no-
tiones*, seu principia nobiscum nata; ut
*Quodlibet est, vel non est, Deus est co-
lendus, &c* At quia eorum notitia, ob
naturæ imbecillitatem, admodum tenuis
est, ideò ab hoc habitu perficiuntur, ac
plenius cognoscuntur.

IV. Ἡ δὲ ἀποδεικτική ἐστὶν ἐκ τῶν ἀποδεικτικῶν καὶ
τῶν ἐξ ἀναγκῆς ὄντων. SCIENTIA
est habitus demonstrativus de rebus
necessarius *Aristot. lib. 3 Ethic. Ni-
com. cap 3. & 6.*

§ 1. Hoc est, *habitus conclusionem ex certis & necessariis principiis deducens ac demonstrans* Horn lib 4. Philos. Civil. cap 2. num 5 pag. 560.

§ 2. Græc *ἡσκησις* est ab *ἡσκησας*, *scio*, (composit ex *ἡσκη* & *ισμης*, interjecto *τ*,) à quo & *scientia* venit.

§ 3. Nomen habitui huic primum Zenon indidit, qui omne id, quod tam certum & firmum esset, ut nulla ratione convelli aut refutari possit, *Scientiam* vocabat. Cicer. lib 1 Academ. quæst.

§ 4. *Scientia*, vulgò significat quamvis animi cognitionem, quovis modo perceptam, quomodo Arist. lib Categ. cap 8. Grammaticam, Rhetoricam, & Logicam dicit scientias; propriè tamen nulli competit cognitioni, nisi ei, qua fit per causas veras, primas, immediatas, & priores ipsis conclusionibus.

§ 5. *Scientiæ objectum* est τὸ ἡσκητόν, *scibile*, id est, omne id, quod sciri potest, suntq; *res necessariae, æternæ, &c.*

84 Comp. Ethic c. 16. de Virtut intell.

V. Ἡ σοφία ἐστὶν νῦν καὶ πιστήμη τιμωτά-
των. SAPIENTIA, in abstracto
est *Intelligentia & Scientia rerum
prestantissimarum*. Arist. lib. 6. E-
thic Nicom cap 7.

§ 1 Id est, *habitus mentis*, quo res o-
mnes contemplamur Sagitt. Exerc. E-
thic. exoter. VI thes V. p. 148.

§ 2. In concreto, ὁ σοφός ἐστιν, ὃν δεῖ
μὴ μόνον τὰ ἐκ τῶν δόχων εἶδεναι, ἀλλὰ
καὶ περὶ ταῖς δόχαις ἀληθεύειν. SAPIENS
est, quem non solum ea, quæ ex principiis
sunt, cognoscere, sed etiam circa princi-
pia ipsa verum dicere oportet Arist. l. c.

§ 3 Σοφία deducitur ἀπὸ τῆς σοφίας,
ab illuminando. σοφός enim alios docen-
do illuminat Sagitt. ibid. Sapiencia au-
tem a sapiendo, voce à sensu gustus ad a-
nimam translata Faber in Lexic p 566.

§ 4. Sumitur hic *stricte* pro absoluta
rerum cognitione, quæ ex principiis &
causis deducitur, cum non modo con-
clusiones rerum per principia cognosci-
mus, quod præstat habitus Scientiæ, sed
etiam

etiam ipsa principia per Intelligentiæ habitum perfectè cognoscimus. *Improprie* enim pro certæ alicujus artis peritia aut excellentia accipitur, quomodo Apellem sapientem pictorem, Polycletum sapientem statuarium &c. dicimus: sic enim nihil aliud innuimus, quàm utrumque in arte sua peritum atque excellentem fuisse.

§. 5. In definitione genus est *habitus*, differentia, quòd sit *Intelligentia & Scientia* *μετὰ νοῦν*, quia Sapientia hæc præsupponit, utpote sine quibus nullibi vel existere vel operari potest; non verò quod sit *ipsa*: alias enim non essent distinctæ. *Sagitt. lib. pag. 149.*

§. 6. *Objectum* sunt *τὰ μεταφυσικά*, omnes res præstantissima, earumque causa, quæ sub mentis humanæ cognitionem veniunt, cujusmodi sunt principia rerum & causæ, tum etiam conclusiones, quæ ex principiis inferuntur. Uno verbo, quicquid *Intelligentiæ & Scientiæ* subjacet, circa id omne versatur *Sapientia*.

Aid. Comment. in lib. 6. Ethic. Aristot. pag 779.

VI ἡ Φρόνησις ὅτιν' ἔστι μετὰ λόγον ἀληθὺς, οὗτις τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ, πρακτικὴ PRUDENTIA est habitus, cum recta ratione, circa ea, quæ humana bona sunt, activus. Arist. lib. 6. Ethic. Nicom. cap. 5.

§ 1. Φρόνησις, derivatur d' ὅτ' τῆς Φρονός, à mense, quia virtus hæc mentis præcipuum est ornamentum. Prudentia autem vel à porro videndo, quòd porro videat, tum quæ præsentia, tum quæ futura sunt; vel quasi providentia dicitur. Cicer. lib 1. de Legib. Si quidem virtutis hujus scopus consistit in providendis futuris.

§ 2. Prudentia hæc propriè accipitur pro virtute intellectus, vitæ, morumq; directrice: nam impropriè sumta pro naturali quadam solertia, brutis etiam competit, ut apibus, formicis, serpentibus.

§. 3. In definitione ponitur *habitus* tanquam genus, reliqua constituunt differentiam, quæ desumitur (1.) à *sine*, dum *habitus* dicitur *activus*, quo ipso distinguitur tum ab *Intelligentia*, *Scientia*, *Sapientia*, quorum finis est *theoria*, non *praxis*, tum ab *Arte*, quæ effectiorem, non actionem pro fine habet. (2.) à *forma*, quæ in vera ratione consultandi de rebus humanis consistit. Nam recta ratio est rectum de vita hac iudicium, idque ex ipsa lege naturæ depromptum. Horn. lib 4 Philos civil. cap. 3 num 2 p. 570. Ita verò distinguitur ab habitibus semper falsis, ut sunt *error*, ac *heresis*; & à *dubis*, qui nonnunquam in falsitatem incurrun, ut sunt *opinio*, ac *suspicio*. (3.) Ab *objecto*, quod sunt τὰ ἀνθρώπινα ἀγαθὰ καὶ κακά, humana bona, quæ sub actionem cadunt, quæque homini ad bene agendum sunt necessaria Piccolom grad. 5. Philos de Morib. cap. 34. pag. 465 seq. Eustach à S Paul. par. 3. Eth. tract. 3. disp. 1. qv. 1. p. 146. seq. Racon. in Ethic. p. 72.

VII. Ἡ τέχνη εἶναι ἐξ ἑκαστοῦ λόγου ἀληθὲς ποιητική. *ARS est habitus cum recta ratione factorius.* Arist. lib 6. *Ethic.* Nicom cap. 4

§ 1. Id est, qui conficere aliquid docet recte & optima ratione, sicut futor calcium, sartor vestem, &c. conficit

§ 2. Græc Τέχνη est à τεύχω, *struo*; Latin *ARS*, ἀπὸ τῆς ἀρετῆς, à *virtute*: est enim ἀρετὴ aliquando idem, quod *ars*. Germ *Kunst* / à können / ut δύναμις à δύνασθαι, *posse*. Martin. in Lexic. Philol. h l.

§ 3. *Ars* heic propriè sumitur pro eo mentis habitu, qui occupatur circa materiam aliquam externam & singularem, five post effectiorem opus aliquod remaneat, ut *Architectura*, five non, ut *ars saltandi, citharisandi, &c.* Impropriè enim *DEO*, & brutis quibusdam tribuitur.

§ 4. In definitione genus est *habitus*, differentiam absoluit (1) *finis*, dum *habitus* dicitur *factorius*, qua voce *Ar* distingu-

stinguitur à *Prudentia* · nam *Prudentia* non facit, sed agit tantum (2.) *Forma*, quæ est *recta ratio*, hoc ipso autem *Ars* distinguitur à *Natura* · *Natura* enim in eo subiecto, in quo inest, rationem facti non tenet, neq, ex proæresi agit, cum hoc ad solum hominem spectet, cui propriè competit anima rationalis, intellectus & iudiciū. (3.) *Objectum*, estq, τὸ ποιητὸν, *factibile*, h. e. omne id, ex quo, tanquam ex materia, aliquid effici potest ab artifice, qui materiam ipsam movet, ut formam aliam admittat secundum artem.

§ 5 Τῇ τέχνῃ, *Arti*, opponitur ἀτεχνία, *Inertia*. Ἡ ἀτεχνία οὐκ ἔστι πρὸς ἀλογον ψευδὲς ποιητικόν. *Inertia* est habitus cum ratione falsa factivus. *Arist.* l. 6. *Ethic.* cap 4.

II REGULÆ.

I. *Virtutes morales* precedunt (*ratione utilitatis*) *intellectuales*.

Cum illæ ipsæ sint media, per quæ
ho.

homo Felicitatem civilem assequitur; at
præstantia ratione intellectuales præce-
 dunt morales. Nam *intellectus*, in quo
 intellectuales, præstantior est *volunta-*
te, in qua morales sunt virtutes.

II. *Habitus contemplativi* (ratione
 objecti) *præstant practici.*

Quia illi versantur circa necessaria,
 hi circa contingentia; *necessaria* verò
 præstantiora sunt *contingentibus*. Ve-
 rùm ratione *usus* in vita humana habitus
 practici præstant contemplativis, quia
 monstrant verum fundamentum socie-
 tatis humanæ.

III. *DUBIA.*

I. *Quomodo virtutes intellectuales in*
affirmatione & negatione consistunt, cum
 tamen *Prudentia* non in affirmatione &
 negatione, sed in conformitate rectæ ra-
 tionis cum recto appetitu consistat? Arist
 lib. 6 *Ethic Nicom.* cap ult.

R. Omnes virtutes intellectuales
 consistunt in affirmatione & negatione,

vel respectu rerum, in quibus aliquid enunciant, vel non enunciant, vel respectu actionum humanarum, quæ sunt vel non sunt. Hoc posteriori modo Prudentia in affirmatione & negatione cernitur, dum scilicet ex præscripto rectæ rationis dicitur, aliquid esse agendum vel non agendum. *Aid. Comment. in lib 6. Ethic. Nicom. cap 4 p 808 seq.*

II. Num *Ars præstat naturæ?*

R. Ars, quatenus unâ cum Natura operatur, præstat Naturæ, quippe quam perficit, Natura verò per se & quatenus suis viribus operatur, præstat Arti, ut quæ ipsam in operationibus suis imitatur.

CAP. XVII.

De CONTINENTIA.

I PRÆCEPTA.

I. CONTINENTIA, in abstracto, est virtus imperfecta, quæ in omnes affectus inordinatos, in primis alimen-

in & Veneris, rectæ rationi reluctantes, dominium obtinet.

§. 1. **I**N concreto, ὁ συγκρατὴς εἶναι, ὁ μὲν εἰδώς, ὅτι Φαῦλαι αἱ ἡμιθυμίας σὺν ἀκολυθῆι. Ἀλλὰ τὸν λόγον. *Contingens est, quod contingat, sciens esse malas, non sequitur, ratione ductus & confirmatus* Aristot. lib. 7 Ethic. Nicom. cap. 2.

§ 2. *Græc. συγκράτεια* dicitur ab ἐγκρατεῖν, quod est in potestate cohabere. *Latin Continentia*, à continendo, quod est invitum & repugnantem tenere.

§ 3. *Continentia* hîc *speciatim* accipitur pro semivirtute, cupiditates voluptatum, imprimis alimenti & Veneris, moderante: *generatim* enim sumpta pro virtute inchoata, quâ pravæ cupiditates rectæ rationis imperio subiaciuntur, *Tolerantiam* includit.

§ 4. Genus est *virtus imperfecta*, quod ipso cum *Tolerantia* convenit. Differentiam absolvit (1.) *Objectum*, suntq; αἱ ἡμιθυμίας Φαῦλαι, cupiditates pravae, quæ

quæ à voluptatibus corporis excitantur.
 (2.) *Actio*, dominari in omnes affectus
 inordinatos, imprimis alimenti & Ve-
 neris, rectæ rationi reluctantes

II. In excessu peccat ἡ ἀκρασία, *Incon-*
tinencia; in defectu *Semivitiū* no-
 mine carent.

§. 1. *Incontinencia* in abstracto est,
 quā quis contra iudicium rectæ rationis
 à pravis cupiditatibus quodammodo invi-
 tus ad peccandum abripitur. In concre-
 to ὁ ἀκρατής οἶνῳ, ὁ μὴ εἰδώς, ὅτι φαύ-
 λα, πρὸς τὴν ἀγαθὴν παύσας. *Incontinens* est,
 qui quidem cognoscit, prava esse, quæ a-
 git, ob affectum tamen agit. Aristot.
 ibid.

§ 2. *Semivitiū* illud nomine carens
 est, quum quis voluptates adeò aver-
 tur, ut ne propter honestam quidem
 voluptatem aliquid laude dignum su-
 scipiat. B. Suer. in Tabb. Ethic. cap. 15.
 pag 17.

II. REGULÆ.

I. *Incontinens scienter* (quantum ad scientia habitum) peccat. Arist. lib. 7. Ethic. cap 3.

Non enim ignorat, quid apprehendendum, rejiciendumque sit, quantum autem ad scientia actum, quo destituitur, similis est ignoranti, quia animus perturbatus est pravis affectibus, ut non possit eam notitiâ, quam habet, frui. *Aid. Comment. in lib. 7. Ethic. Nicomach. pag 863.*

II. *Incontinentia (iræ) excusationem meretur.* Arist. lib. 7. Ethic. Nicomach. cap. 6.

Non verò incontinentia *alimenti & Veneris*, iusto enim dolore incontinens iræ videtur excitari ad vindictam, voluptarius autem nullum habet honestum pretextum, sed ex mera petulantia peccat. *Id. ibid. pag 863.*

III. DUBIA.

I. Annon idem est Continens, & Temperans?

R. Non sunt idem convertibiliter, quia Continens latius patet, quàm Temperans. omnis enim Temperans est Continens, non contrà.

II. Sempérne Continentia lucta est cum pravis cupiditatibus?

R. Omnino, licèt Continentia iudicium non semper cum pugna conjunctum sit.

CAP. XIIII.

De TOLERANTIA.

I. PRÆCEPTA.

I. TOLERANTIA est virtus imperfecta, quæ quis res laboriosas & adversas, cum dolore quodam conjunctas, honestatis gratiâ, magnô animô perfert.

§ I. Tolerantia nuncupatur à tolero, quod est patienter fero, Græcis *πάσχω*, à *πρός* pro *νόσος*, pertrans-

transpositionem literarum, estque idem ac *robur*, unde καεταεργς, *robustus*

§.2. Sumitur h. l. *proprie*, prout est principium patientiæ & fortitudinis *improprie* enim significat idem, quod *patientia*

§.3. Genus est *virtus imperfecta* quo ipso cum *Continentia* convenit. Differentiam involvit (1.) *objectum*, suntque res laboriosæ & adversæ, cum dolore quodam & animi lucta conjunctæ, in quibus pleriq, succumbunt ex imbecillitate animi & indulgentia. (2.) *Finis*, qui est honestas. (3.) *Effectus*, magnò animò res dolorosas perferre.

II. *Tolerantiæ extrema* sunt in excessu *Pertinacia*, in defectu *μαλακία*, *Mollities*.

§.1. *Pertinacia* est vitium, in rebus adversis modum excedens, quo quis quævis sine honestatis ratione perfert.

§.2. *Mollities* est vitium, quo quis nullos dolores aut molestias, honestatis

tis gratiâ, sustinere potest, sed ab omnibus, iisque levissimis, doloribus ac molestiis vincitur.

§.3 Ἀπὸ τῆς μαλακίας, à Mollitiè, homo denominatur μαλακός, Mollis. Ο μαλακός ὢν, ὁ ἐλλείπων, πρὸς αὐτοὺς οἱ πολλοὶ ἀντιλείπονται, καὶ διώκονται. Mollis est, qui deficit in eis, adversus quæ plerique renituntur, & possunt Arist. lib. 7. Ethic. Nicom. cap. 8.

II REGULÆ.

I. Tolerans se (diverso respectu) habet activè, & passivè.

Activè, dum resistit eo modo, quo par est, eis, quæ tolerare fas non est; passivè, dum toleranda magnò animò perfert.

II Mollities (insita, ex natura loci, sexûs, ætatis, morbi proveniens) excusationem meretur

Eâ laborant Persæ, fœmina, infantes, & qui diuturnis morbis enervantur. At Mollities acquisita, quæ à pravis a-

ctionibus promanat , vitia illa , quæ
virtutibus moralibus opponuntur , non
excusat.

III. DILIBIA.

I. Quomodo differt Tolerantia à For-
titudine?

Re. Differt, non tantum ut *dispositio*
ab *habitu*, & *imperfectum* à *perfecto*;
sed etiam , quia Fortitudo in *adeundis*
quoque periculis , Tolerantia verò in
impositis perferendis, est occupata.

II. Num *servitus*, à *Magistratu* sub-
ditis *imposita*, est *toleranda*?

Re. *Servitus* iisdem *toleranda* est ,
non *animis*, 1. Corinth. 7. v. 23. sed *corpo-*
ris, 1. Petr. 2. v. 18. seqq.

CAP. XIX.

De VIRTUTE HEROICA.

I. PRÆCEPTA.

I. Η δρετή ηρωική ουκ εστι, η χωρη η-
μας, ηαυ η μωδ τιμωτερον δεσπης.

VIR-

VIRTUS HEROICA est habitus,
qui supra nos est, & praestantius quid
virtute Arist lib 7. Ethic. Nicom.
cap. 1.

§. 1. **H**Oc est, habitus animi, non tam
humana industria acquisitus,
quam homini alicui divinitus concessus,
adejusmodi actiones, acerrimo impetu &
felicissimo successu obeundas, quae alio-
quin à communis sortis hominibus pra-
stari non possent. Guck disput. Ethic. 3.
thes. 21.

§. 2. Virtus haec deducitur διὰ τὸ ἦ-
ρωον, ἦρωος autem διὰ τὸ τῆ ἥρωϊας, quòd
amor & studium virtutis in heroicis na-
turis sit vehemens. Plat. in Crat.

§. 3. Virtus heroica non est virtus pe-
culiaris, sed illae ipsae virtutes morales,
quas explicui, si id fastidium in quoquam
attingant, quod rarò solent: qui enim
aut Fortitudine, aut Mansuetudine, aut
alia aliqua virtute ita emineat, ut supra
captum humanum hoc esse videatur. He-

100 *Comp. Ethic. c. 19 de Virt Heroic.*
ros dicitur. Horn. lib. 4. Doctr. de Phil-
los civil cap. 5 num. 2 pag. 646.

§ 4. *Definitum est virtus heroica*
moralis nam virtus heroica *intellectua-*
lis, qualis est in excellenter doctis, po-
tissimum verò in disciplinarum inven-
toribus; & virtus heroica *spiritualis*,
qualis fuit virtus excellens Abrahami,
non sunt hujus loci.

§ 5. In definitione genus est *habitus*,
quia frequenti actionum heroicarum ite-
ratione acquiritur. Nam ut omnis virtus
ex iteratione bonarum actionum oritur,
ita hæc imprimis heroica, quæ sublimis
& supereminentes spectat actiones.

§ 6. Differentia desumitur (1.) ab
objecto, quod sunt omnes illæ res, circa
quas virtutes ordinariæ versantur, sed
quatenus in iis *excellencia & eminentia*
quædam cernitur, imprimis verò, quæ
bona publica concernunt. (2.) Ab *ad-*
juncto, quia est præstantius quid virtute.
(3.) A *causâ primâ*, nempe *peculiari*
Dei afflatu & ductu, quo incitatur He-

rore naturæ altissima quæque sibi proponunt, & propter quem ductum Numinis nanciscuntur opportunitates, successus ac felicitates, quas alii non nanciscuntur. (4.) A sine proximo, qui consistit in expeditione rerum magnarum, quæ alioquin à communis sortis hominibus præstari non possent. *Aid Comment. in lib. 7. Arist. Ethic. Nicomachi. pag. 868. seq*

*M. Virtus Heroica in excessu opponitur
in Meletis, Bestialitas; in defectu
Supina Ignavia.*

§ 1. *Bestialitas* est vitium, quod ex
excursu rectæ rationis iudicio, omni
humanitate abjecta, bestiarum more ea
perpetrat, à quibus alioquin humanus
animus naturaliter abhorret

§ 2. *Summa Ignavia* est ineptitudo
ad omnem virtutis impetum. Vitium
rarò aut nunquam contingens. Nullas
enim tamen hebes aut stupidò reperitur in-
geniò, qui non ex instinctu naturæ ali-
quid boni interdum molietur, & aliquam

102 *Comp. Ethic. c. 19. de Virt. Heroic.*
virtutis actionem proferat. *Aid. ibid.*
pag 869. seq.

II. REGILLÆ.

I. Η δὲ ἐστὶν ἡρώικη ἢ ἡ ἡρώα. *Virtus Heroica est (suò modò) divina. Arist. l. 7. Ethic. Nicom. c. 1.*

Non quòd *Dei sit propria*, siquidem virtus in Deum non cadit, sed quòd homo virtute hac præditus ultra communem hominum sortem se quasi elevans, Deo se, quantum humana fert conditio, similem præstet.

II. *Idem cum filio (multiplicativo) vocat.*

Idque vel ob ejusdem cum parentibus temperamenti carentiam, vel ob domesticæ educationis neglectum, &c. cujus rei exemplum habemus in Roboamo, Salomonis filio, 2. Paralip. 13. v 7. Interdum verò paternis insistant vestigiis, uti videre licet in Mathatiae filius. 1. Maccab 3 v. 1. & 2.

III. DUBIA.

I. Quid

I. Quid Virtus Heroica est excellentia virtutum, cum sit ipsa virtus?

R. Absolutè & in se considerata omnino est virtus, unde & cum adjectione Heroica virtus communiter à Dd. appellatur; at respectivè est excellentia & eminentia virtutum. Sagittar Exerc. Ethic. Exoter. 16. thes. 2. p. 396.

II. Caditne virtus Heroica in feminas?

R. Non ordinariè, utpote quæ requirit ingenium acre, excellens, igneum, quo ordinariè caret femina, ob temperamentum humidum & frigidum; extraordinariè autem DEUS sexum hunc masculis interdum virtutibus exornat, ut ex foeminis viri animò fiant.

CAP. XX.

De AMICITIA.

I. PRÆCEPTA.

I. Ἡ Φιλία εἶναι εὐνοία ἐν ἀνυπερβονθῶσι
(ε) μὴ λανθάνουσι. AMICITIA est be-

nevolentia mutua, non latens. Arist. lib. 8.

Ethic Nicom. cap. 2.

§ 1. **N**omen *Amicitia* ab amore ductum est, sicut *amicus* ex *amo*, *φίλος* à *φιλίω*, & à *φίλος* *φιλία*

§ 2. Hic proprie accipitur pro habitudine unius amici ad alterum, dum unus cum altero in voluntatis & actionum consensu conspirat. *Impropria* enim *Amicitia* significatio, prout *συμπάθεια* aliquam naturalem notat, siue illa sit inter res *inanimatas*, ut inter plumbum & stannum, siue inter res *animatas ratione carentes*, ut inter herbas & plantas, variaq; animalia bruta; non est huius loci.

§ 3. Genus omissum est *societas*, quæ est unio animorum in bono, ex mutua & manifesta benevolentia prodiens.

§ 4. Differentiam absoluit (1.) *causa*, nempe *ἡ εὐνοία*, *benevolentia*, estque amor propter virtutem occultus. (2.) *Objectum*, τὸ φιλητὸν, *amabile*. (3.) *Adjunctum*, quod est *amicitia* tum reci-

pro-

procatio, in ἀντιφιλήσῃ, redamatione
consistens; tum manifestatio, quæ in lu-
cem prodeat per mutua officia. Hanc
ipsam coluere Jonathan & David, I.
Sam 18 v 1-4. Damon & Pythias. Ci-
cer. lib. 3, Offic. & alii.

II. In excessu peccant ὑπερφιλία, Insa-
nus amor, in defectu μισανθρωπία,
Odium hominum.

§. 1 ὑπερφιλία est, quæ quis in gra-
tiam amici nihil non tentare audeat, etsi
cum honestate pugnet.

§ 2 Μισανθρωπία est, quæ quis citra
honestatē rationem, conversationes homi-
num averſatur & fugit.

II. REGULÆ.

I. Amicitia (secundum actum) est
inter (corpore) presentes.

Secundum habitum verò inter am-
i-
c-
ia presentes, corpore licet absentes.
Quamquam & actualis amicitia inter ab-
sentes locum habet, si modò literas fre-

E 3 quon-

quæ inter se commutent. Illud enim
literarum colloquium analogiâ respon-
det colloquio & conversationi, quæ est
inter præsentés. *Ald. Comment. in lib. 8.*
Arist. Ethic. Nicom. pag. 901. seq.

II. *Amicorum omnia sunt (usu, &
salvâ honestate) communia*

Non possessione. Amicus enim a-
mico semper benefacere cupit etiam de
proprio, quantum tamen honestas per-
mittit.

III. DUBIA.

I. *Qua ratione amicis Felix eget,
quum Felicitas sit à se ipso?*

R. Felicitas, secundum essentiam
considerata, amicis non eget, quia in se
est sufficiens; considerata verò secun-
dum existentiam in hoc vel illo subiecto,
amicis eget. Cum enim in usu virtutis
posita sit Felicitas, qui suo usu frui pote-
rit, si amicis destituatur? siquidem ami-
citia est usus & fructus virtutis.

II. *An inter diversæ religionis homi-
nes amicitia coli potest?*

R.

Re. Potest coli, non spiritualis, 2.
Corinth 6.v.14 seq sed civilis, licet non
solida: amicus enim amico se totum tra-
dit, & cor in illum effundit, quæ tamen
in discrepantiæ religionis ingens, uti
constat, admittunt di-
vortium.

SOLIDEO
GLORIA.

INDEX I. TERMINORUM.

A.

E.

A Dulatio p.63	Electio	28
Affectus 32	Ethica	1
Ambitio. 56	F.	
Amicitia 103	Faceti	70
Appetitus 33	Fortitudo	36
Arrogantia. 66	I.	
Ars 88	Ignavia supina	101
Avaritia 46	Inambitiositas	56
Audacia 39	Incontinentia	93
B.	Inertia	89
Bestialitas 101	Injustitia	77
Bonum Summū 11	Intelligentia	81
C.	Intemperantia	42
Comitas 61	Invitum	25
Consultatio 29	Iracundia	59
Continentia 92	Iustitia	73
D.	L.	
Disimulatio 66	Lentitudo	59

L.

INDEX.

<i>Liberalitas</i>	45	<i>Scientia</i>	82
<i>Luxus</i>	49	<i>Scurrilitas</i>	70
<i>M.</i>		<i>Sordidus</i>	30
<i>Magnanimitas</i>	51	<i>Spontanum</i>	19
<i>Magnificencia</i>	48	<i>Stoliditas</i>	43
<i>Mansuetudo</i>	58	<i>Superbia</i>	53
<i>Medium</i>	22	<i>T.</i>	
<i>Mendacium</i>	66	<i>Temperantia</i>	41
<i>Miseria</i>	13	<i>Timiditas</i>	39
<i>Mixtum</i>	26	<i>Tolerantia</i>	25
<i>Modestia</i>	55	<i>V.</i>	
<i>Mollities</i>	96	<i>Veritas</i>	65
<i>Morositas</i>	63	<i>Violentum</i>	25
<i>P.</i>		<i>Virtus</i>	16.17
<i>Pertinacia</i>	96	<i>Virtus Heroica</i>	99
<i>Prodigalitas</i>	46	-- <i>Intellectualis</i>	79
<i>Prudentia</i>	86	-- <i>Moralis</i>	19
<i>Pusillanimitas</i>	53	<i>Vitium</i>	21
<i>R.</i>		<i>Voluntas</i>	29
<i>Ratio recta</i>	86	<i>Voluntarium</i>	31
<i>Rusticitas</i>	71	<i>Urbanitas</i>	69
<i>S.</i>		<i>Usura</i>	48
<i>Sapientia</i>	84		



INDEX II.

REGULARUM.

1. **Q**uod pessime vivit, Ethicus non est Pag. 7
2. Quod in Ethica verum est, id in Theologia falsum non est 8
3. Homo in hac vita potest esse beatus 14
4. Felix nunquam miser efficitur ibid.
5. In medio consistit virtus 22
6. Nulla virtus moralis nobis à natura inest ibid.
7. In ignorantia & misericordia & venia locum habet 30
8. Voluntas non appetit malum ibid.
9. Ab affectibus nemo bonus vel malus dicitur 34
10. Ob affectus animi nemo laudatur vel vituperatur 35
11. Fortitudo est res molesta 39
12. Audax in periculo timet 40
13. Dolorē affert intemperanti voluptas 43
14. Voluptas non corrumpit naturam ejus, qui eā afficitur ibid.
15. U-

INDEX.

15. *Usus Liberalitatis magis confidendo, quam in accipiendo* 46
16. *Avaritia est majus malum, quam prodigalitas* 47
17. *Magnificus est liberalis* 50
18. *Vitia magnificentia non adeo deformia sunt* ibid.
19. *Videtur magnanimitas ornamentum quoddam esse virtutum* 54
20. *Pusillanimitas superbia peior est* ibid.
21. *Virtutis premium est honor* 57
22. *Licet, sicut oportet, honorem appetere* ibid.
23. *Mansuetudo ad defectionem inclinat* 59
24. *Videtur esse insensatus, qui injurias haud iuste ulciscitur* 60
25. *Comitas videtur maxime esse amicitia* 63
26. *Comitas conversationem cum hereticis non tollit* ibid.
27. *Vera disertè fateri licet* 67
28. *Frangenti fidem fides servanda non est* ibid.
29. *Loca videntur esse faciles* 71
30. *Ur.*

INDEX.

30. Urbanitas tendit ad felicitatem ibid.
31. Summum jus summa est injuria 27
32. Volenti non fit injuria ibid.
33. Virtutes morales precedunt intelle-
ctuales 89
34. Habitus contemplativi praestant pra-
cticos 90
35. Incontinentes scienter peccant 94
36. Incontinentia excusationem meretur
ibid.
37. Tolerans se habet active, & passive
97
38. Molles excusationem meretur ibid.
39. Virtus Heroica est divina 102
40. Heroum filii noxa ibid.
41. Amicitia est inter praesentes 105
42. Amicorum omnia sunt communia
106



INDEX III.

DUBIORUM.

1. **A** Nnon Philosophia moralis, quia
ab Ethnicis provenit, ex scholis
Christianorum eliminanda est? 8
2. Siccine morales Ethnicorum actiones,
cum ex fide non sint, peccata sunt? 15
3. Quæ Felicitas in virtutis actione, ut
quæ impedi & mutari potest, con-
sistit? 15
4. Utrum summum bonum recipit magis
& minus? ibid.
5. Siccine Ethnicorum virtutes bonæ? 23
6. Utrum vitium morale homini à natu-
ra inest? ibid.
7. Num pueri voluntarie agunt, quod a-
gunt? 31
8. Estne in brutis electio? ibid.
9. Annon Affectus, quia sunt animi per-
turbationes, civili tranquillitati op-
positæ, naturamali sunt? 35
10. Siccine Affectus ex hominis animo e-
vellendi? 36

INDEX.

11. Rectene sancti Martyres dici possunt
fortes? 40
12. Utrum ἀντόχειρ est fortis? ibid.
13. Sūntne Monachi Carthusiani habendi
temperantes, quod à carnibus
abstineant, & piscibus continuo
victitent? 44
14. Num lupanarsa, ne pudice femine
corrumpantur, toleranda sunt? ibid.
15. Siccine Cappucini Monachi, quia aliis
tribuunt, quæ emendicârunt, libe-
rales sunt? 47
16. Utrum usura sunt licita? 48
17. Quæ magnificentia, quia excedit li-
beralitatem, medium tenet? 51
18. Annon liberalitas, quia communior
magnificentia, virtus est prastan-
tior? ibid.
19. Itane magnanimitas, magnis honori-
bus dignam se æstimans, humilitati
contrariatur? 54
20. Annon magnanimus, quia insolentē
contemnit, malus est? 55

INDEX.

21. *Quomodo honor, ut quia solius felicitatis proprius est, virtuti debetur?* 57
22. *Licetne gradum aliquem Academicum sibi emere?* 58
23. *Qui circa iram mansuetudo versatur, cum ira mansuetudinis extremum sit?* 60
24. *Utrum licet irasci?* 61
25. *Potestne mutus esse affabilis?* 64
26. *Num factum Carthusianorum, qui nec se invicem, nec alios alloquuntur, sed signo & nutu omnia peragunt, laudandum?* ibid.
27. *Estne fides, heretico data, servanda?* 68
28. *Num viro probò licitum est simulare?* ibid.
29. *Utrum ludæ scenici sunt inter Christianos ferendi?* 72
30. *Annon joci sunt verba otiosa, de quibus Deo aliquando reddenda est ratio?* ibid.
31. *Annon furis suspendium repugnat justitia?* 78
32. U-


INDEX.

32. *Utrum iudici secundum acta & probata semper iudicandum est?* 79
33. *Quomodo virtutes intellectuales in affirmatione & negatione consistunt, cum tamen Prudentia non in affirmatione & negatione, sed in conformitate recte rationis cum recto appetitu consistat?* 90
34. *Num ars prestat naturam?* 91
35. *Annon idem est Continnens, & Temperans?* 95
36. *Semperne laeta est Continentia cum pravis cupiditatibus?* ibid.
37. *Quomodo differt Tolerantia à Fortitudine?* 98
38. *Num servitus à Magistratu subditis imposita, est toleranda?* ibid.
39. *Quei Virtus Heroica est excellentia virtutum, cum sit ipsa virtus?* 103
40. *Caditne Virtus Heroica in feminas?* ibid.
41. *Quaratione amoris Felix eget, quum Felicitas sit diuturnus?* 106

INDEX.

42. *An inter diversa religionis homines
amiscui coli potest?* 107

F I N I S.







NR INW.
4

